Αὐτὰρ ἐπειταῖσα παῖδα θεῶν βασιλῆα καὶ ἀνδρῶν,
Ημελλεν τέξειται, τούτους οἵτορες ἔχοντας.

Αλλ' ἄρα μιν ζεῖται πόσθεν εἴλος ἐγκάτθετο νηδῶ,
Ως δῆσι φράσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε κακόν τε,
Δεύτερον ιγάνυετο λιπαρέων θέμιν, η τέκεν ὄρδεν,
Σύνομοίσι τε, δίκλει τε, καὶ σίριοίσι τεθαλῆσαν.

Λίτης ἔργος ὁραίσσι κακὰ θυητοῖσι βροτοῖσι,
Μοίρας δέ, ησαν πλείσμεν τιμέν τόρε μητιέτα Ζεὺς,
Κλωθώ τε λάχοσί τε καὶ ἄπροστον, αἱ τε δίδυσι
Θυητοῖσι.

Replentes puluereq; & molesto strepitu.

Sed postquam saniē laborem dij beati perfecerunt,
Cum Titaniis autem pro honore pugnarunt vi,
Iam tum impellebant regnare atq; imperare,
Ex terra consilio, Olympium latē cernentem Iouem,
Immortalib. hic uero inter illos ritē distribuit munia.
Jupiter aut̄ deorū rex primā uxorē suā fecit Prudētiā
Plarimum ex dijs edoctam, & mortalib. hominibus:
Sed cum iam esset deam casis oculis Mineruam.
Paritura, ibi tum dolis animo decepto,
Blandis sermonibus, suam incondidit aluum,
Telluris consilijs, & cœli stellati.
Illa duo enim ei dixerunt, ne regium honorem,
Alius haberet Iouis loco, deorum sempiternorum:
Ex hac enim in fari serat prudentes liberos nasci.
Primā quidē, virginē cassis oculis preditā in Tritone
Par habentē patri robur, & prudēs cōsiliū. (genitā.
Ceterū deinde saniē filium deorum regem & virorū
Erat paritura, magnum animum habensem,
Sed ipsum saniē Iupuer ante suo condidit ventre.
Sic et consulebas dea bonumq; malumq;.
Postea duxit splendidam Themin, qua peperit Horas,
Eunomiamq;, Dicenq;, & Irenen florentem.
Quaq; opera matura faciunt apud mortales homines:
Parcasq;, quib. maximum honorem dedit prudens Iu-
Clotoq;, Lachesisq;, & Atropon, qua dant . (piter,
Morta-

Θυητοῖς ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.
 Τρεῖς δέ οἱ εὐρωπόμητι χάριτας τέκε καλλιπαρήσει,
 Ωκεανέκτηρη, πολυηρατογενεῖδη^Θ ἔχεσσα,
 Δυλαιίη, καὶ εὐφροσύνη, Θαλίη τὸν ἐρατύκεο.
 Τῶν οὐδὲ μᾶτε βλεφάρων ἔρος εἴβεται δερκομενάν
 Δησμέλης, καλὸν δέ θ' οὐτανέ^Θ ὁ φρέσις δερκιόντας.
 Αὐτῷρ ὁ δῆμπτος^Θ πολυφόρος εἰς λέχη^Θ ἡλθει,
 Η τέκε περιφέρειλαν λευκώλενον, καὶ σιδωνές
 Ήρπασει^η τὰρ μητρός. ἔδωκε δὲ μητιέτα ζεύς.
 Μημοσύνης δὲ εξ αὐτοῦ δράσατο καλλικόμοιο,
 Εξ οὗ αἱ μέσαι γεννάμετοις εἶχε γένοντο,
 Ειπε. τῆσιν ἄδον Θαλία, καὶ τέρψις ἀσιδηνός.
 Λητώ δὲ διπλάνα, καὶ ἀρτεμινιοχέαίρασ,
 Ιμερόεντα γόνει περὶ πάντων ἀρανιώνων,
 Γείνατ^η ἀραιγόχειο δίος Φιλότητι μηγεῖσδε.
 Λειαδατάπιο δὲ ηρλει Θαλερέη ποιήσατ^η ἄκοιτη.
 Ήδὲ ιδεῖν, ἄρηα, καὶ εἰλείθυαν ἔτικτε,
 Μιχθαῖσ^η οὐ Φιλότητι Θεῶν βασιλῆι καὶ ἀνδρῶν.
 Αὐτὸς δὲ οὐκ οὐφελῆς γλαυκώπιδα τειτογένδαι,
 Διδώ, ἀχεοκύδαιμον, ἀγένερατο, ἀπευτώνει,
 Πότνιαν, ή κέλαδοί τε ἄδει, πόλεμοί τε, μάχαι τε
 Ήρη δὲ ηφαιστού κλυτὸν οὐ Φιλότητι μηγεῖσδε
 Γείνατο, ξαλμένης, καὶ ηρισεν^η πάνταράκοιτη,
 Εκ πάντων τέχησι κεκασμένον ἀρανιώνων.
 Εκ δὲ ἀμφιποτέτης καὶ ἐρικήπας οὐνοσιγάίς,
 Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας, ὃς τε Θαλάσση

Mortalibus hominibus habere bonumq; malumq;.
 Tranuero ei Eurynome Gratias peperit pulchras genas
 Oceani filia, à multis optatā formam habēs, (habētes,
 Aglaiam, & Euphrosynem, Thaliāmq; amabilem,
 Quarum & à palpebris amor destillat conuentum
 Soluens mēbra, iucundū vero sub supercilijs aspiciūt:
 Porro hic Cereris multos pascētis ad lectum uenit,
 Qua peperit Proserpinam pulchris vlnis, quam Pluto
 Rapuit sua à matre: dedit autem consiliarius Iupiter.
 Mnemosynem uero deinceps amauit pulchricomam,
 Ex qua Musæ aurea mitra reuincta nata sunt,
 Nonem: quib. placent conuinia, & oblectatio cantus.
 Latona autem Apollinem & Dianam sagittis gaua
 Amabilem prolem supra omnes cœlites, (dentem,
 Genuit sanè, Ægiochi Ionis amori mixta.
 Postremam uero Iunonem floridam fecit uxorem.
 Hec autem Heben, Mariem, & Lucinam peperit,
 Mixta amore deorum regi & hominum.
 Ipse uero ex capite, casis oculis prædictā Trilogeniā,
 Acrē, in agris tumultuātē, ducē exercitus, indomita,
 Venerāndā: cui clamoresq; placuerūt, bellaq; pugnaq;
 Iuno autem Vulcanum inclitum, amori indulgens,
 Genuit, & uires intendit, & contendit cum suo marito,
 Pra omnibus artib; ornatum calitibus.
 Ex Amphitrite autem & grauicrepo Neptuno,
 Triton late potens natus est magnus: qui maris

FINIS

Πυρέν' ἔχω, παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ ἄγακι
Γάμαι γεύσεα δῶ, δὲ τὸς Θεός. αὐτὰρ ἄρης
Πιποτόρω κυθερίδα Φόβεν καὶ δέιμαν ἔτικτεν
Δψίδες, εἴ τοι ἀνδρῶν πυκνὰς κλονέστοι φάλαγξα,
Ἐν πολέμῳ προσεντι, σὺν ἄρηι πολιπόρτω.

Αερούσιες δέ, πηκάδυος πτοέρθυμος θέτεις ἄκιτη
Ζεύς δέ ἀράτλαντίς μοι τέκε κύδιμον ἐρυτεῖ.
Κήρυκος ἀθανάτων, ιερὸν λέχος εἰσαναβάσαν,
Καδμείη δέ ἄρα οἱ σεμέλη τέκε φαιδριμονῆς,
Μιχθεῖστος δέ φιλότητι δίόνυσος πολυγυνία,
Αθάνατον θυμητή. τοῦ δέ αὐτότεροι θεοὶ εἰσίν.
Αλκιμένη δέ ἀρέτική βίλεις ἐρακλησίεις,
Μιχθεῖστος δέ φιλότητι δίος νεφεληγερέτας.

Αγλαίεις δέ οἱ φαινός ἀγακλυτὸς αὐτογυνής.
Οπλοτάτης χαρίτων θαλερὴν ποιήσατο ἄκιτη.
Χρυσοκόμης δέ ἄρα διόνυσος ἔρωτην δέσιάπιη,
Κάρημίνως θαλερὴν ποιήσατο ἄκιτη.

Τὴν δέ οἱ αθανάτοις καὶ αγύρω θῆκε κρενίων.
Ηέην δέ αλκιμένης καλλισφύρος ἀλκιμος ὕδος,
Ιε ἐρακλής τελέστας σονόντας ἀεθλος,
Παιδαὶ δίος μεγάλοιο, καὶ πρητεῖος γενιτοπεδίλοι.

Αἰδοῖην θέτεις ἄκιτη, τοιούτην φέντι.
Ολβίος, τοιούτην φέγονος τοιούτην αἴθιστον.
Ναΐδα πήμαντος, καὶ αγύρας ἡματα πάντα.
Ηελίω δέ ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ ὥκεανίη
Περσηῖς, κίρκην τε, καὶ αἴγτης βασιλῆδην.

Λιγνη

Fundum tenens, apud matrem charā, & patrē regem
 Incolit auream domum, vehemens deus. sed Marti
 Clypeos diffecanti, Venus Timorem & Metū peperit,
 Graues, quij virorum densas turbent phalanges.
 In bello horrido, unā cum Marce urbes devastante.
 Et Harmoniā quā Cadmus magnanimus duxit uxoriē
 Ioni vero Atlantis filia Maia peperit glriosum Mer
 Praconem deorū, sacrum lectum cōscendens. (curium,
 Cadmi filia vero ei Semele peperit clarum filium,
 Rem cum eo habens, Dionysum hilarem,
 Immortalem mortalis, nunc verò ambo dij sunt.
 Alcmene vero peperit vim Herculaneam,
 Mixta amore Ioui nubicogo.
 Aglaiam uero Vulcanus valde inclitus claudicans,
 Minimam natuē Gratijs floridam duxit uxorem.
 Sed aureo crine conspicuus Bacchus flauam Ariadnē,
 Filiam Minois, in flore existenter fecit coniugem.
 Hāc uero ei immortale experīq; senij fecit Saturnus.
 Hebe autem Alcmene pulchros talos habentis fortis
 Vis Herculis peractis luctuosis certaminib. (filius.
 Filiā Iouis magni, & Junonis aureis calceamētis utē
 Pudicam duxit uxorem, in Olympo niucō. (ies
 Felix, qui magno facinore inter deos confito,
 Habitac illas, & carens senio perpicio.
 Soli autem rapido peperit inclita Oceanis
 Perseis, Circemq; & Aacetem regem.

O

Actes

Αἰότης δὲ ύστερος Φαεστιμέροτες ἡελίοιο,
Κάρκον ὀκεανοῖο τελήντες ποταμοῖσι
Γῆμε, Θεῶν Βυλῆστ', σίδηγαν, καλλιπάρην.
Η δέ οἱ μάδας εὔσφυρον ἐπειρότητι

Γείναθ' θασοδηθεῖσα Διὸν γένυσθεν ἀφροδίτην.

Τητεῖς μὲν νῦν χάριστ' ὄλυμπια δάματ' ἔχοντες,
Νητοί τέ, πρεσβύτε, καὶ ἀλμυρὸς ἐν δόῃ, πόντον.
Νῦν δὲ Θεάων Φῦλον αἰσιστετε ἥδυνέπδαι,
Μάσαι ὄλυμπιαδες κάρηι δίος αἰγιόχοιο,
Οσται δὴ Θυητοῖσι πάρει αὐδεάσιν εὐηθεῖται
Λιθάναται, γείνυτο Θεοῖς Πτείκελα τέκνα.
Δημήτηρ μὲν πλαντονέγεντα, δία Θεάων,
Ιασίων ἕραι μηγεῖστ' ἐρετῇ Φιλότητι,
Νέφων τειπόλω, κρήτης ἐπει πίονι δήμῳ,
Εθλὸν δέ εἰσ' οἴτη γλεῶ, καὶ εὐρέα πῶτα Θαλάσση,
Πᾶσαν, τῷ δὲ τυχίστι, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἴκηται,
Τὸν δὲ ἀφριδὸν ἔθηκε, πολιώτεροι οὐ πασεν ὄλεον.
Κάδμῳ δὲ ἀρμονίη Θυγάτηρ γένυσθης ἀφροδίτην,
Ιγὼ καὶ σεμέληο, καὶ αἰγαλεὺ καλλιπάρηον.
Αὐτονόμου δὲ γῆμεν δέρισαι Θεοῖς Βαθυχαίτης,
Γείνατο, καὶ πολύδωρον εὔσεβάνωντες Θηρῆ.
Κάρη δὲ ὀκεανοῖο γένυστάρι καργεροθύμῳ
Μιχθεῖστ' ἐπειρότητι, πολυγένυστῳ ἀφροδίτῃ,
Καλλιρόη τέκε παιδα Θροτῶν κάλλιστον παντῶν
Ιηρυσοῦντα. τὸν κλεῖνε Βίη ἱρακλησίη,
Βοῶν ἔρεκτον εἰλιπόδων ἀμφιρρύτῳ εὐρυθεῖη.

Ιτανῷ

*Ætes autem filius lucem hominibus dancis Solis,
Filiam Ocean⁹ perfecti fluij (præditam.
Duxit deorum ex voluntate, Idyam pulchris genis
Hec autem ei Medeam pulchros talos habentē amort
Perit, succubens per aurā Venerem. (indulgens*

*Vos quidem nunc valete cœlestes domos tenentes,
Insulaq; continentis terre, & salsus intus portus.
Nunc autem dearum cœtum cantate blandiloque,
Musa Olympiades, filia Iouis Egiochi,
Quæcumq; mortales apud viros cubantes,
Dea pepererunt dijs similem prolem.*

*Ceres quidem Pluium genuit, præstantissima dearum,
Fatio heros mixta iucundo amore,
Non ali in ter proscisso, Crete in pingui populo,
Bonum: qui vadit super terrā & lata dorsa maris (rit,
Omne. Et vero qui adipiscitur, & cuius ad manu uene
Illum locupletem fecit, multiq; ei præbuit fœlicitatē.
Cadmo præterea Harmonia filia aurea Veneris,
Ino & Semelē, & Agauē pulchras genas habentem,
Autonoenq; quā duxit Aristæus densa cesarie præditus
Genuit, & Polydorum mœnijs pulchre cinctis in The-
Elia verò Oceani Chrysaori magnanimo (bis.
Mixta amore, abundantis auro Veneris,
Callirhoe peperit filium mortaliū pulcerissimum omni
Geryonem, quem interfecit vis Herculana, (um,
Bonis proprie flexipeda circumflua in Eurystheia.*

Τιθωνῷ δὲ οὐτέ τέκε μέμνονα χαλκοχορυστοῦ,

Αἰθίαπαν βασιλῆα, καὶ οὐκαθίστα ἀνακτα.

Αὐτάρ ται πεφάλῳ Φυτήσατο Φαίδμου γὸν,

Ιφθιμον Φαέθοντα, θεοῖς ὑπεκίκελον ἄνδρα.

Τὸν δὲ νέον τέρεν ἄνθρωπον ἔχοντα ἐρικυδέσθητος

Παῖδ' απαλὰ φρονέοντα φιλομάθης ἀφροδίτη,

Ωρτ' ἀναρψιψαμένη, καὶ μιν γαθέοις ἐνὶ νηοῖς,

Νηοπόλον τύχιον τοιήσατο, δαιμονα δῖον.

Κέρεω δὲ αἴγτας διοτρεφέσθη βασιλῆος,

Αἰσονίδης, Βαλῆσι θεῶν αἰδυευτάων

Ηγε ταρέ αἴγτας, τελέσας τονέυτας ἀέθλας,

Τὰς πολλὰς ἐπέτελε μέγας βασιλεὺς, ὑπερέωρος,

Τερειδης πελίης, καὶ ἀτάσθαλος ὁρμημεργύος.

Τὰς τελέσας εἰς ιωλκὸν ἀφίκετο, τολλὰ μογήσας,

Ωκείης ὑπὸ νηὸς σύγων ἐλικώπιδα κέρεω,

Αἰσονίδης, καὶ μιν θαλεοῦν τοιήσατο ἄκοιτο.

Καὶ ρήγε διηθεῖστος οἵσονι τοιμένι λαῶν,

Μήδεον τέκε ταῖδα, τὸν ψρεστὸν ἐτρεφε χείρων

Φιλλυρίδης. μεγάλα δὲ δίος νόος ἐξετελεῖτο.

Αὐτὰρ ηρηίδες κέραι ἀλίοιο γέροντος,

Ητοι μὲν φῶκον ψαμάθη τέκε δῖα θεάων,

Αἰσκῆς το φιλότητι, καὶ χρυσῆ ἀφροδίτη.

Πηλεῖ δὲ διηθεῖσα θεὰ θέτις δρυγυρόπεζα,

Γείνατο ἀχιλλῆαρηζωόρα, θυμολέοντα.

Αἰνείαν δὲ ἀρέτικτεν εὗτέ φαντος κυθέρδαι,

Αγχίσητος μηγεῖστος ἐρατῆ φιλότητι,

Tithono verò Aurora peperit Memnona æra galea
 Æthiopum regem: & Emathionē regem. (munitū,
 Ceterū Cephaloplantauit inclytum filium,
 Fortem Phaëtonem, dijs similem vitum.
Qui sanè iuuenē tenerum florem habentem glorioſa pm
 Filium iuuenilia ſapientē renidens Venus, (bertatis,
 Incitanit, instituens, & ipsum in templis
 Ædium nocturnum fecit, demonem diuinum.
 Filiam uero Æta à Ioue nutriti regis
 Æſonides, voluntate deorum ſempiternorum.
 Abduxit ab Aetā, peractis plenis ſpirijs certamini
Quæ multa imperabat magna rex, superbus, (bus
 Violentius Pelias, & iniquus fortū facinorū patrator.
Quibus peractis ad Iolcum rediit, multa perpeſſus,
 Veloci in nave uehens pulchris oculis praditam puel
 Æſonides, & ipſam floridam fecit uxorem. (lam
 Et ſanè hac domita ab Iafone pastore populum,
 Medeū peperit filium, quē in montib. educabat Chiron
 Philyrides: magni verò Iouis voluntas perficiebatur.
 Ceterū Nereides filia marini ſenis,
 Et ſanè quidē Phocum Psamathe peperit, preſtantiffi-
 Acaci in amore, per auream Venerem. (ma dearū,
 A' Peleo aut̄ ſubacta dea Thetis cādidos pedes habēs,
 Genuit Achillē prorūpētē pniros, leonis animū haben
 Aeneā porro peperit pulchrē coronata Cytherea, (iē.
 Anchisaheroi mixta iucundo amore,

Ιδης ἐν χερυφήσι παλυπίχα, ὑληέστη.
 Κίρκη δὲ τελίς θυγάτηρ τοεριωνίδας,
 Γένυατ' ὄδυστη^Θ ταλασίφρον^Θ ἐν Φιλότητι,
 Αγριον, ἥδε λατίνον, ἀρύμνια τε. κρατερέν τε.
 Οἰδη τοι μάλα τῇ λε μυχῶν νησῶν ιεράσων,
 Πᾶσιν τυρσίνοισιν ἀγαλυτοῖσιν ἄνασσαν.
 Νευσίθεος δὲ ὄδυστη καλυψώ διὰ Θεάω
 Γάνατο, ρωτίνον τε, μιγέτε οὐατῆν Φιλότητι.
 Λύται μὲν θυγατοῖσι παρ' αὐδράσιν εὐηθεῖσαι,
 Αθάναται γείναντο Θεοῖς σύμμικτα τέκνα.
 Νῦν δὲ γυναῖκῶν Φύλον ἀπέστατε, ηδυέπιδαι
 Μῆσαι ὄλυμπιάδες, καὶ τοι διὸς αἴγιμόχοι.

T E A O S.

*Ide in vericibus, babentis multos anfractus, syluosa.
Circe vero solis filia, filij Hyperionis,
Peperit Ulyssis erumnoſi in amore,
Agrum, atq; Latinum, Amymonemq; Craterumq;
Qui ſane valde procul in recessu insularum ſacrariū,
Omnibus Tyrrenis valde incliyis impetrabant.
Naſiſhoum vero Ulyſſi Calypſo excellētissima deas
Genit, Naſinoumq;, mixta grato amore. (rum
Ha quidem mortales apud viros cubantes,
Dea, pepererunt diſ pares filios.
Nunc verò fœminarum agmen cantat suauilogae
Musa Olympiades, filia Iouis à capra nutrita.*

F I N I S.

PIO II. PONT. MAX.
NICOLAVS VALLA.

Si vacat Aenearum dignissime præsul,
 Grataq; sunt animo carmina nostra tuo:
 Perlege que quondam dulci modulatus auena,
 In Latios ausus vertere Greca modos:
 Ascrai inspiciens iuq; egas nq; t; epya poëta,
 Gracia quo quondam floruit, Hesiodi.
 Hec fuerant, fateor, plectro meliore canenda,
 Hic opus ingenij quippe senilis erat:
 At quia non nullos tam magna superbia vates
 Eleuat, ut nullo Greca in honore putent:
 Sunt tamen hoc ausus bis septem & quatuor annis,
 Dum mea labuntur lustra tradente dea.
 Sumpsimus & tenuis Gracorum è fontibus haustus.
 Mixtaq; cum Graca lingua Latina fuit.
 Quicquid id est, ad te vatum clarissime vates
 Mittimus, ex Clario non minor ipse deo.
 Suscipe, & Hesiodum placito complectere vultu,
 Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo.

HESI-

HESIODI ASCRÆI
 POETÆ OPERA ET DIES,
 GEORGICON LIBER, NICOLAO
 Valla interprete.

Plerides Musæ, quatum viget inclita cantu
 Fama ducum, & nomen vestri immortale parentis,
 Dicite, cur dominus pars hæc sine nomine vitam
 Ducat? & illius cur fama æterna per altum
 Euoleat? hæc Iouis est magni diuina voluntas.
 Ille enim altitonans summi regnator olymopi,
 Excitat imbellis animos. & fortia corda
 Debilitat, duce quo fortuna inimica superbos
 Deprimit, atq; humileis clarum super æthera tollit.
 Tuta mala mens hominis meliorem inclinat ad usum,
 Et capiunt molles crudelia pectora cultus:
 Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto,
 Cui nihil ignotum est sanctissima dirige iura
 Iusticæ, liceatq; mihi fraterna monere
 Pectora, & ignotos viuendi ostendere mores.

Sunt geminæ in terris quibus altercantur in uanum
 Mortales causæ, varia quoq; mente trahuntur,
 Una quidem studiorum laudabile sedula curat,
 Altera crudeli rerum depascitur haustu,
 Bella cupit, pugnæq; exercet iniqua tumultus.
 Inuisum atq; atrox pestis genus: hanc tamen ipsi
 Mortales fugiunt. tandemq; volentibus hanc dijs
 Exoptant, huius nequeunt cohibere furores.
 Illam autem prius obscuræ genuere tenebræ.
 Sed fato meliore pater Saturnius illam,
 Et generi humano, & terræ radicibus imis
 Imposuit: segnes artus & inertia corda

Excitat: alter enim segnis, cui vita manebat,
 Alterius spectant cumulos, mora nulla, bouesq;
 Longit, & impresso terram digerit aratro,
 Siue domum curat, siue inserit: alter ad artes
 Vicinum vicinus agit. laudabilis hæc est
 Pugnandi ratio, fugienda sed altera, sub qua
 Inuidet aut filius filio, vel egenus egeno,
 Siue faber fabro, dulcisq; poëta poëtæ.
 Hæc mea dicta pectori toto cape pectori Perse,
 Nec te crebra foro speculantem iugia vulgi,
 Auocet à studijs, pugnandi inimica voluntas.
 Nemo forum sequitur, quem non fouet annua missis,
 Et bene clausa domi Ceteris gratissima dona.
 Hæc quærenda prius: dehinc si vacat, i pete vulgus,
 Et foro, in alterius rebus certamina pone.
 At non illud ages iterum germane, quod olim
 Ausus es infelix, licet hanc data iura resoluent.
 Scis quondam inter nos patria est partita facultas.
 At tu nil iusta multo plus parte vereris?
 Tecum efferte rapax: corruptus munere iudex
 Ille tuo est, sub quo tota hæc sententia pendet.
 Ignarus: non novit enim quam dulciss, sicut quam
 Sit melius toto medium, seu vivere malum.
 Vtilius, quantum vili seu vivere potro.
 Hos veterum vietus occultavere superni,
 Inq; polo retinent cœlestes, tempore quorum
 Sat fuit vna dies tenui exercenda labore.
 Vna quiescenti tibi dehinc alimenta parabat
 Annua: tunc poteras temoris robora sumo
 Exploranda dare, & nulli iuga curua premebam
 Terga boum, nullum muli sensere laborem.
 Hos voluit faciles vivendi abscondere mores
 Ira Iouis, quum se deceptum fraude Promethei
 Seusit, & illius causa mortalibus auxit

Cura-

Curarum moles, surreptumq; abdidit ignem.
 Reddidit hunc iterum terris, cui uaq; latenter
 Sutripuit fetula cauto puer ille Tonanti
 Iapetionides, iacto qui fulmine gaudet,
 Lusit fraude sua, subitam tamen arsit in iram.
 Hac puer affatus nubis collector aquosæ:
 Iapetionide, cuius prudentia cunctos
 Consilio excellit, magnum sprevisse Tonantem
 Arte tua, gaudesq; dato mortalibus igne.
 Heu nocitare tibi, generi nocitare futuro:
 Tale mali genus excutiam, quo peccore toto
 Exultent homines cupidi sua damna ministrant.
 Sobrisit fatus diuini pater atq; hominum rex,
 Vulcanum aspiciens, atq; illi Italia mandat:
 Vade celer speciem è terra, mixtoq; liquore
 Confice, mortalem cui vocem & robora iunge.
 Siq; ea virginæ cœlestis imago puellæ,
 Quam sibi quisq; velit, dea quam doctissima Pallas
 Instruat, & varijs percurrente pectine telas.
 Adiçiat capiti facilem Venus aurea formam,
 Coret ut assidua stimulata cupidine corpus.
 Fallacemq; addat mentem & fallacia verba
 Interpres superum, vicitor Cyllenius Argi.
 Dixerat, imperio Iouis annuit æqua voluntas
 Cœlicolum. extemplo fingis Vulcane pueram
 Virginis ora deæ similem, quam glauca Minerua
 Cinxit, & ex omni fulgente parte poluit.
 Hinc etiam Charites, etiam celeberrima Pitho,
 Aurea candenti posuere monilia collo,
 Effosæq; comas ori de flore coronam
 Vernali tribuere deæ. tamen Attica Pallas
 Illam præcipuo formæ decorauit honore.
 Et superum interpres vicitor Cyllenius Argi,
 Fallacem attribuit mentem & fallacia verba.

Sic pa-

Sic pater altitonans diuino iussorat ore.

Quandoquidem dederat sua munera quisq; deorum,
Mercurius, merito Pandoram nomine dixit,
Exitiale malum mortalibus & fera pestis.

Postquam autem tantos confecit Iuppiter astus,
Mercurium ad magnum iubet ire Epimethea, dono
Cui ferat hanc, qui nil veritus præceptra Promethei
Scilicet à magno caperet ne inuitus olymbo:
Cepit, & accepto nouit sua damnna Epimetheus.

Nam prius humano generi secura manebant
Tempora: nulla mali species, aut cura laboris
Morborumq; genus, tristis qui funeris atri
Corripiere viato, quibus omnis frangitur ætas.
Viare dulce fuit quondam. sed tegmen ab urna
Dum Pandora leuat, potum exiliere per orbem
Curarum infesta effigies, Spes sola remanit
Intus, & è labris imo sub parte resedit.

Obstat it impositum nam tegmen abira volenti.
Sic qui fulmen agit, nubis collector aquosæ
Iussorat, ionumeræq; etiam mortale vagatur
Per genus infandæ species, quibus æquor & omnis
Tetra infecta tumet, morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine voce ruunt. namq; ab Iove summo
Ablata est illis quæcunq; potentia fandi.
Sic impune parvus offenditur ille deorum.

Si vacat ò frater, si non audire recusas,
Ordine plura canam. Genus immortale creature
Ac mortale simul credendum est, aurea primùm
Secula dij superi totum sparsere per orbem,
Tempore quo coeli imperium Saturnus habebat:
Tunc homines diuini vivebant more, necq; illos
Anxia curarum moles, operumq; labores
Lassabant, aberat tristi cum mente senectus,
Semper & in valido regnabant corpore vires.

Nulla

Nulla mali labes, coniuia læta placebant.
 Mors similis somno fuit, atq; vberima tellus
 Omnia libertus nullo cogentis cerebat,
 In commune bonum, nec quisquam inuidit habenti.
 Quam felix ætas? etat omnibus una voluntas,
 Et taciti læcos soluebant pectora in usus.
 Aurea postquam hominum paulatim defuit ætas,
 His pater altitonans meritos adiunxit honores,
 Subterræ habitare dedit: qui numina facti,
 Et genus humanum, sanctè quoq; iura tuerunt
 Iolticis, tenebris circumfusiq; peragrant
 Terratum fines, & opes mortalibus augent.

Proxima successit terris argentea proles,
 Auro deterior, sensuq; & moribus impar.
 Tunc sibi quisq; suæ fecere sub vbera matris
 Ocia mortales, paulatim adoleuit in annos
 Ingenij rude principium, quo decolor ætas
 In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.
 Autem tamen postquam ad summos peruererat annos,
 Vivendi breuius spaciū fuit, anxius ardor
 Curarum incumbens aderat, quas improba mentis
 Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunquam
 Deliticit, & nulla in superos reverentia, nullos
 Sacrorum ritus ætas argentea vidi.

Hanc Deus extinxit meritam flammatus in itam,
 Postquam hominum oculuit argentea secula tellus,
 Non tamen illorum sine nomine vita recessit,
 Subterræq; dei sedes colubre secundas.

Tertia post illam successit ahenæ proles.
 At nihil argento similis, Dryadumq; creata
 Sanguine, dura quideam, robustaq; pectora tendens
 Tota feri milero Martis feruebat amore.
 Nulla quies illi, nullum ius, durior ætas
 Ipso adamante fuit, vultu metuenda superbis.

Cui

Cui nunoquam inuictum robur , fortisque; lacerti
 Defuerant humeris . tunc ærea iela, domusque ,
 Omnis in ære labor, non ferri emiserat usus ,
 Hæc autem proprio proles consumpta furore ,
 Ad gelidi loca nigra Iouis sine honore recessit .
 Et quoniam exiret inuicto labore, ab atra
 Morte tamen vita est, solis lumenque reliquit.

Postquam autem occulta est, atque ænea corruit ætas,
 Quarta fuit loboles melior , cui pluia tota
 Iusticæ habebant animo præcepta verenda ,
 Diuinum genus Herorum , primumque vocati
 Semidei, immensos illi parere per orbem .
 Hos insanus amor Martis, bellique, nefandi
 Ardor, Agenoridæ septem prope nœnia Cadmi
 Oedipodæ imperij causa consumpsit. & alti
 Hos maris ypsilonodi flatus , quum Pergama clausa
 Argolicæ peterent, vbi pallida mottis imago
 Desuper incubuit, dum iusto vescitur ense
 Tyndaris. hos etiam tota diuinitas ab orbe
 Iuppiter & vita meliore tradidit usum ,
 Elysiosque. dedit colles habitare profundi
 Littus ad oceani, felix & sancta propago
 Hic vbi vernal humus, vbi dulcia poma quotannis
 Ter grevio effundit nutrix uberrimæ tellus.
 O utinam non me quinta cum stirpe creassent
 Fata, sed antè mari , seu post licuisset oriri.

Ferreæ nunc ætas, quam curæ & mille labores
 Nocte dieque premunt, paulatimque illius instant
 Exitio: sic dijs placitum. sed prospera tanto
 Fata etiam venient aliquando in turbine rerum.
 Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas,
 Cùm matura annis illorum tempora cani
 Inficiant crines: natis nec vt antè parentes ,
 Nec patribus nati similes, nec ab hospite tutus

Hospes

Hospes erit sanguis corruptus fœdus amici.
 Esfuret arma ciens inter discordia fratres.
 Viuet honoris inops hominum properata senectus,
 Nec pudor effractos senio obiurgare parentes.
 Infelix soboles legem & præcepta deorum
 Nescit & inualido non hæc alimenta parenti
 Iulta suo reddet. quid enim, quod iniqua rapaces
 Apparet usq; manus, urbesq; & mœnia partem
 Alterna delcta manu? iurataq; fallent
 Numina, iusticæ nulli tribuentur honores,
 Pulsa gemet Bonitas: illum venerabitur orbis,
 Cui mala mens suadet fera crimina: tota facebit,
 Tota quidem orbato tecum reverentia vultu.
 O dea iusticæ soboles, enim improba lœder.
 Si probus ullus erit, quem contra insurget iniqua
 Voce furens factum affirmans, altrixq; malorum
 Invidia incedet fatali turbida vultu:
 Protinus huminas sedes Astrea relinquet,
 Diua suos pariter tenderet Reverentia cursus
 Adsuperos. nitido velata corpore amictu.
 Mille recedentes, illæ mortalibus ægris,
 Non celsanda tamen reium mala semina linquent.
 Ad nunc te moneam, nunquam sapientia omnia. iudex
 His intende animom: sed quid iuvat ista monere?
 Sultus maiori quicunq; resistere tentat,
 Vincitur, & magno pena subit inde pudore.
 Sic ego sum tanquam volucris quem preuderit astur,
 Pensaq;, sublimes agitur phœnix per auras,
 Hæc dolet infelix vngui transfixa recurvo.
 Quam contraria horribili raptor sic intonat ore:
 Quid misera exclamas? te multo fortior astur,
 Te premit: huc ad sis, quod te meus egerit ardor:
 Et quanquam bene suave canas, mihi cœna futura es,
 Si lubet, aut dimissa iterum remeabis in auras.

Sic fa-

Sic fatus, tacuit pennatus & impiger Astur.

Tu modò iusticiam cole, nulla iniuria Perse
 Tecum habitet, fatale gerit secum illa, nec illam
 Vilus amar, nisi mens cui viliis & improba surgit.
 Vir bonus hanc inferre timet: quod si intulit, acti
 Pœnitit. & magno contristat corda dolore.
 Est via iusticæ melior, qua vincitur omnis
 Omnis ad extremum veniens iniurius ardor.
 Quid dicam? quod nunquam aliquid dementia nescit,
 Ni modo passa prius: sic qui male iura ministrat,
 Peierat, & tandem dementi panditur error,
 Eripe iusticiam, corruptus munere iudex
 Ius violat: dolet hæc, & nulli visa per orbem
 Tristis it, & lachrymans pœnam mortalibus orat,
 Qui violenti iura, & recti sacra fœdera rumpunt.
 Verum ubi iusticæ sancti setuantur honores,
 Iudicioq; pares, & ciuis & aduenia pendent.
 Vrbs viget, augetur soboles, pax lata vagatur,
 Pax iuuenium nutrix, nunquam his fatalia bella
 Præparat altitonans, nullis in rebus egestas
 Imminet, in quenquam nulla est offensio, dulci
 Quos iuuat interdum genio alleuiare labores:
 Terra quibus largè fundit sua semina, & altæ
 Montibus innatae mitunt sua munera quercus
 Glandiferæ in summo: media tamen arbore missant
 Undiq; apum ingentes acies, vestemq; ministrant
 Lanigeræ pecudes, per se magis omnia florent.
 Non his extremis merces vehit ardua puppis,
 Omnia dat tellus. quid enim, quod iuncta marito,
 Et patribus similes emittit foemina partus?
 Non datur hoc, quibus illa placet violentia iuris,
 Hos ad supplicium vocat alti cura Tonantis.
 Sepe subit pœnas plebs tota miserrima, tanups
 Unius ob noxam, peccatis furit terra per urbem,

Et ma-

Et malefusa famæ paulatim deficit omne
 Vulgus, & hic vacuos ostendit recta penates.
 Fœmina nulla parit. Sic sauit Iupiter erga
 Quos malefacta iuuant: qui si modò forte cruentum
 Militiæ exerceant studium, moræ nulla, sinistro
 Marte cadunt: vel si potius iuuat ire per altum,
 Fluctibus in medijs submergitur obruta puppis.
 Vos igitur qui iura datis, conuertite mentem
 Ad tales hominum pœnas. diuina potestas
 Mortales circumvolans, videt improba quorum
 Iudicia emergunt multorum in damna, deumq;
 Ignorant monitus: genus hi mortale pererrant
 Ionuméri, tenebris circumfusiq; tuentur
 Iusticiæ sacra iura, domant genus omne malorum.

Illa quidem virgo est superio Ioue nata parente,
 Nominis clara suo, coetuq; verenda deorum,
 Quam si quis violet, lachrymans sua fata parentis
 Iouis ante pedes, & lamentabile fundens
 Humanos queritur mores, ac debita poscit
 Supplicia in populos. tu iudex, causa malorum
 Qui violas sacra iura deæ, iam dirige mentem,
 Ius cole, in altetius te nulla pecunia vertat
 Damna. vocet sibi, qui cuiquam nocet: & male suadet
 Ille sibi, in quenquam si quis male iura ministrat.
 Cuncta videt pater omnipotens. & quod mihi tectum est,
 O iudex, modò si lobeat, speculatur ab alto.
 Nil latet hunc, aut hoc quales tribuantur honores
 Iusticiæ in populo: quam non ego pectori toto,
 Nec mea progenies coleret, postquam orbe sub isto
 Spretæ jacet bonitas, & ius iniuria vincit,
 Inuito Ioue ni fierent. haec accipe frater,
 Haec animo meditare. iniustum pone furorem:
 Ius quoq; frater amba, sine quo genus omne ferarum
 Credimus alterno certatim corpore pafci.

Et nos instituit vita melioris origo.
 Iura dedit pater omnipotens, ea pectore toto
 Si quis habet, decus æternum pia præmia reddet.
 Iuppiter afflit, si quis proteste vocatus
 Peccat, ac merito pensatur culpa innocentis
 Suppicio: offendens ius, illo offenditur unam,
 Ex quo obscura quidem, nulli quoq; cognita surget
 Pesteritas. iusto de sanguine nata propago,
 Clara caput tollit, patrio seruatur decoro.
 Hæc quoq; quæ referam stultissime concipe frater,
 Quam facile inumeras vitiorum complectitur artes.
 Hand procul illa habitant, brevis est via qua sit euadum.
 Est via virtutis contraria, sudor anhelus
 Hanc sequitur, quæ se scopulosis ardua cliuis
 In longam protampit iter, reget aspera primo
 Ingressu, levius est postquam alta cacumina tanges.
 Optimus hic sece, qui nouit cuncta magistro,
 Prospiciens retum fines meliora sequutus.
 Dignum laude virum parentem recta monenti
 Credimus: ille tamea sibi qui non consulit, aut qui
 Altetius præcepta fugit, vit inutilis extat.

Ergo agè frater ades generoso è sanguine Perse,
 Neu fuge fraternos monitus, operare laborem,
 Alma Ceres ornata caput sua dona ministret,
 Sit tibi plena domus. segnem crudelis egestas
 Opprimit, hunc homines odio superio; sequuntur,
 Torpenti similem fuso, cui spicula surgunt
 Horrida, distensumq; fauis consumit edendo
 Semen apum, piger ipse sedet, vitatque laborem.
 Tu modò curam operi quantum potes adiice frater.
 Horrea si rumpunt meskes, sic copia rerum,
 Sic pecus augetur, sic tu mortalibus & dijs
 Gratus eris: segnes animos & inertia corda
 Oderunt. operi laus est impoñere curam,

Turpe

Turpe, sed hinc prohibere manus. incumbe labori,
 Fortisan ad studium torpentia pectora vertes,
 Dux partas ostendis opes, virtutis adeptus
 Nouen, & æternum laudis decus vtere quæso
 Arre, para victus: violare aliena nefandum est.
 Fac superis æquandus eas, incumbe labori,
 Nec pudeat: pudor hic multos in honestus egentes
 Secum habet. auget opes fiducia, qua meliores
 A superis non it. propter rerum infana cupido,
 Propter animis infusa lues, iam nulla pudoris
 Cura, iacet passim longè post terga relitus.
 Tu coleris, duce te paulatim corruit ille.
 Dij s inuisus homo, cui mens intenta rapinis
 Inuigilat, neq; enim semper felicia durant.
 Nec minus omnipotens poenis affigit eisdem,
 Qui seruum offendit, vel qui sanctissima frangit
 Fœdera amicitiae. seu qui cum coniuge fratris
 Non pauet infanos coitus fraternus adulter,
 Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam,
 Vel qui in longæua confectum ætate parentem
 Horribili voce insurgit, vixq; abstinet illi
 Verbera non impunè tamen stat poena nocentis
 Post obitum. Depone igitur tam falsa superbæ
 Mentis consilia, & melioribus vtere quæso.

Thure pio venerare deos, ijs tempore in omni
 Et mundè & purè liba, cum clara nitescet
 Sole dies, aut cum nox circumfusa tenebris
 Abscondit terras. casto torrenda sub igne
 Hostia mactetur, hymnos cane, thura ministra,
 Ut tibi dij faueant, immensaq; copia rerum
 Hinc tibi nascatur: multis ut egentibus ipse
 Subuenias, non ut viuas germane rapina
 Connuias inter si vis discumbere amicus,
 Non hostis, veniat priorum vicinia. nam si

Aduerſi quicquam acciderit de more repente
Primum illa occurret: quæ ſi ſine vefibus eſſet,
Nuda etiam veniet, quod nec tibi ſanguine iunctus
Non ager: iſte ſibi veſtes, atq; omnia poneſt.
Inproba damnoſa eſt vicinia. ſed proba ſi ſit,
Vtilis. hæc igitur cupienda eſt pectore toto,
Tanquam laudis opus: neq; enim lamenta refundes,
Amiſſe bouem, proba ſi vicinia tecum eſt.
Acceptum metire, & eodem pondere redde
Vicino tibi, vt hic iterum ſuccurrat egenti
Res male parta, mala eſt, damnoſaq; ſemper. ab illa
Ergo caue, nec te vincant in amore ſodales.
Illum adeas quite. fac, mutua munera reddas,
Sponte datum capias: ſcelus eſt lætale rapina.
Quicunq;, & ſi magnum aliquid, largiatur amico,
Lætatur: quicunq; iacit de fronte pudorem,
Et rapit alterius quanquam infima, turbat amici
Vifceraq; & mentem, cui viſ illata rapinæ.
Adde parum patuo, patuo ſuper adde puſillum
Fiet & hoc magnum. inſelix pelletur egeſtas,
Si modò rem cumules, hominem non lædit, habete
Cuncta domi, nocet eſſe fortis, quam dulce bonumq;
Præſens accipere, atq; abſente carere moleſtum eſt.
Tunc bene potandum, cum plena effundit ab alto
Vina cadus: tunc parens eris cum parte Lycus
Defluit è media: ſed cum declinoat ad imum,
Spumantes iterum cyathos. & pocula ſume.
Quicquid pollicare homini ſeruerit amico,
Sic quicquam cum fratre tibi eſt, teſtem adjice tebus,
Subridens nocuit non credere credere ſemper.
Néue tuam alliceat meretrix caue ſemina niuentem.
Rem totam vorat illa, nimis dum blanda videtur.
Heu quam danioſum eſt, mulieri fidere cuiquam.
Rem patris acceptam melius fouet vnicus hæres,

Auger

Auget & hanc atq; plures in morte relinq;,
 Ex te ortos: nam plura pater Saturnius illis
 Attribuet. sed te sic cæsus tangit habendi
 Ardor adhuc, fragilisq; placet tibi gloria rerum,
 Hæc age quæ moneam, & varios operare labores.

HESIODI ASCRAEI OPERÆ
 RVM ET DIBRVM
 LIBER II.

CVm cœlo emergunt sublimi ab Atlantide natæ
 Pleiades truncanda Ceres morientibus illis,
 Mitte in aratra boues. latitare ea sidera dicunt.
 Viginti totitemq; dies, annoq; voluto
 Apparent iterum: maturam incidere messim
 Rursus & incipiunt dentata falce coloni.
 Hanc legem agricolæ atq; habitantes littora setuant,
 Aut qui pingue solum, vallofaq; tecta tenerent.
 Nudus ara, nudusq; lere, & mete corpore nudo,
 Si tempestiuos agrorum ducere cultus,
 Augeriq; illos magnis successibus optas,
 Neue aliena roges interdum pauper egenus.
 Quòd si ad nos supplex iterum fortasse redibis,
 Non iterum dabimus. iuuat exercere labores
 Improbe, quos inter mortales diua potestas
 Sortita est: ne tristis inops cum coniuge moesta,
 Aut cum natorum misera comitante caterua
 Victum à vicino roges: dare negligit iste.
 Bis vel ter fortasse dabit: dehinc si petis vltra,
 Proficies nihil: at tu plurima verba refundes,
 Orabisq; iterum frustra tamen. artibus, vt te
 Iampridem admonui, inuigila, atq; incumbere labori.
 Dira famæ procul hinc abeat. tua debita solue.
 In priuis tibi conde domum, precioq; ministram

Dchinc eme , quati possis custodem adiungere bobus.
 Pone domi quantum toto tibi sufficit anno.
 In rebus spes est alienis irrita:nam si
 Hic tare forte veget, tu semper pauper egebis.
 Tempora labuntur, operum quoque deficit usus.
 At cras rem differte nocet : oinquam horrea nunquam
 Implet iners, aut quic tempus productit habenda est
 Cura operi, turgescit opus mala mille molestant,
 Affliguntq; hominem , cui segne & inutile corpus.
 Cum bene se posuit rapidi vis ignea Phœbi,
 Ac pater omnipotens fœcundis imbris imbris æther
 Desilit in terras, & languida membra resumunt
 Iampridem amissas astiug in tempore vires .
 Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto,
 Ac de nocte magis currus exercet agendo,
 Tunc operum mylto untè memor, discinde securi
 Syluanam incortuptam , tunc germina definit arbos
 Fundere, datq; suas volitare per aëra frondes.
 In tres tende pedes mortalia , contineat tres
 Pistillus cubitos, pedibus quoque confice septem
 Temonem: qui si fuerit potentus in octo,
 Hinc tibi malleolas crebros formetur in ictus.
 Palmarumq; trium rata sit, varijsq; repone
 Ligas efficta modis, validamq; in montibus altis.
 Quare, vel effuso campi super zquore pinum
 Aestiuans. compone manuia qua firmet arator,
 Temoni cuneis dentalijs alliget imo,
 Torqueat & fortis illa durante iuencos.
 Binaq; præterea teftis seruentur aratra.
 Sic melius: nam si casu discinditur vnum,
 Restat adhuc aliud varios agitare iuencos,
 Temoni ex ulmo, viridi seu confice lauro.
 Strua sit ex pino, dura dentalia queru.
 Duc in aratra bouem, boeo qui viuat in anno.

Aptæ ætas operi matura est; frangat aratum
 Bos iuuenis , minitans iuuenili prælia cornu,
 Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet.
 Quære quater decies annorum ætate bubulum,
 Quadrifidus panis , & osellas cæsus in oculo,
 Sit cibus huic : recto sulcabit vomere terram,
 Si maturus erit: studium intermittet arandi
 Iunior , aspiciensq; pates ætate colonos
 Ibit ad hos , ludosq; ciet lasciva iuventus.
 Ergo non melior iuuenis , neq; semina versæ
 Spargere humi , quantum terra mensura requirit.
 Contemplare etiam quum grus è nubibus altis
 Assiduos agitat clangores nunciat imbreui,
 Venturamq; hyemem , tempusq; indicit arandi.
 Angit & illius negem , cui nulla boum spes.
 Tunc redeant fessi plena ad præsepio tauri,
 Tunc proprios operare boves , & plaustra . sed inquis,
 Non habeo , dabit hic , facile est petere , atq; negare.
 Mentiis inops alius , quid enim componere cutrum
 Tunc voler ignarus non nouit quantus in illo
 Sit labor , & centum compagibus insita ligna,
 Quæ debent multo ante domi provisa reponi.
 Præterea cum tempus adest rescindere campum ,
 Fortius infistas operi , exercere ministros.
 Nam vertenda duplex tibi , sicca atq; humida tellus ,
 Vere nouo veniant celeres ad aratra iuenci ,
 Fertilis ut gravida culmus procumbat aristæ:
 Neu te decipiat , cum semina colligit ætas.
 Sinova studeas tellus inarata quotannis ,
 Terra recens largè natis alimenta parabit.
 Plutonem in primis venerare , atq; annua facta
 Vota refer Cereri , quum stiuæ innixus agendo
 Incipis exercere boves , stimuloq; fatigas:
 Sic immensa tibi surgent Cœrcalia doba.

Semina cum terræ committis, pone sequatur
 Seruus, atq; auibus rastro fata læta recondat.
 Optima crede iuvat rerum prudentia cunctos,
 Leditur aduerso qui negligit omnia fato.
 Si fit pingue solum, grauidæ inclinantur aristæ,
 Felicesq; operum successus ab Iove summo
 Hinc capies, neq; sub testis extendat arachne
 Fila, sed immensæ replebunt horrea mesæ.
 Tunc gaudet, & cani florentia tempora veris
 Lætus agas, quum te incassum crudelis egestas
 Aspicit, & parto turget domus, atq; aliena
 Re tibi non opus est, tua pluribus adiumentum.
 Fit sterilis cellus, medio versata sub æstu.
 Hincq; solo residens imas falcabjs aristas
 Aversos religans culmos, tenuisq; sequetur
 Spes vitæ, pauci mirabuntur ab agris
 Parua sub exiguo referentem farra canistro,
 Difficile interdum mutabile nescere tempus.
 Mobilis & varia est alti natura Tonantis.
 Ac si tardus aras, tardè tibi solus arant
 Afferet auxilium. si largis imbris æther
 Tris noctes, totidemq; dies non cessat ab alto,
 Donec replerit validi vestigia tauri.
 Tempore quo queruia residens super arbore coccyx
 Exula lat, gaudentq; hominum mortalia corda:
 Vere sub aprico si tardus forsitan æquet,
 Qui tempestiuo diuerrit vomere terram.
 His intende animum, nocte florida tempora veris
 Te lateant, glacialis hyems tibi cognita surgat,
 In qua incumbendum est. nec villa taberna moretur.
 Aut barrata loco sub aprico fabula tardet.
 Dum frigent alij, vir rem tamen impiger auget.
 Surge igitur, nec te paupertas oppriuat illo
 Tempore: dira famæs teques facit esse lacertos,

Natosq; pedes & crura tumentia multo
 Sanguine, segnis inops, & spe suspensus inani,
 Inclinat mentem sceleri, & meditatur iniquos
 Vade paret vietus. hominem spes nutrit egentem
 Irita cui nihil est, & tota luce vagatur.
 Dum media clapsa est æstas, properare ministri,
 Condite (dic) casulas: nam semper non erit æstas.
 A Iana mensem dictum caue, nubibus ille
 Letales bobus glacies & frigora ducit.
 Thracius insurgit boreas, & turbine facto
 Disturbat maria ac campos, syluamq; sonantem,
 Alticomias quercus, annosaq; robora pinus
 Diruit ex alto, & valles iaculatur ad imas.
 Sylvarum auditur fragor vndiq;, sed fera duros
 Attrigit ipsa pilos, caudamq; in cruribus angit:
 Quin etiam quibus est villis densissima pellis,
 Perforat ille quidem, setosaq; pectora transit.
 Nec se defendunt dura sub veste iuueni,
 Et misere algescunt hirsuto crine capillæ.
 Vicit ovis boream instantem, fultoq; repellit
 Tegmine lanarum: sed non obficitur illi
 A senibus, curvo facit hos incedere collo.
 Non rauen ad teneram penetrat boreale pueri
 Frigus. at illa domi, cui nondum nota libido,
 Matri apud charæ gremium sedet, atq; hyemales
 Non sentit glacies, & tota nocte quiescit,
 Atq; oleo teneros interdum perluit artus.
 Tum polypo durum est gelidis habitare sub vndis,
 Nec videt vnde sibi venetur in æquore prædam,
 Alleuierq; fatem, proprios tum deniq; in artus
 Vexit atrox rabiem immensam. sic imbris atris
 Turbatur mare, sic atra caligine cœlum.
 Sol quoq; ad Aethiopas radios & lumina fundit,
 Rarus apud Graios: fugiunt animalia curui

More senis, vallesimas & dente trementi
 Concaua saxa petunt nemorum, tenebrosq; tecta.
 Tunc quoq; ne noceant hyemes, tibi protegat arus
 Mollis chizena tuos, cui tecta ex ordine recto
 Pauca, sed aduerso ducantur plurima fila,
 Sitq; ea cuncte tenus. vetat hæc per corpora setas
 Surgere, & instanti prohibet durescere vento,
 Tegmina sint pedibus taurorum è pelle cothurni,
 Nec nocet, hos instare pilis, ut frigora vincas.
 Hædorum teneras netuo bouis insue pelles,
 Ac dorso suspende tegant capita alta galeri,
 Ne mideant aures. borea spirante cauendum est
 Frigoribus, tunc ros cælo diffusus ab alto.
 Educat & Cererem sacros operumq; labores.
 Ille quidem vi ventorum è fluvialibus vndis
 Tollitur in sublime & matutinus in agros
 Desilit, interdumq; expeditat tempora noctis,
 Interdum borea nubes agitante procellas
 Veretur in ventosam hyemem. fuge prouidus illam,
 Acceleretur opus, pete tecta obstantia ventis:
 Ne forte obscura nebularum infusus amictu,
 Immadeas, Jargosq; imbræ pluat humida vestis.
 Pascua tunc carpant quamvis non pinguis tauri:
 Quippe leuis labor, & longa sub nocte quiescunt,
 Nutrimentum ingens, vobis uberrima mando,
 Agricolæ, faciliq; dies transire labore.
 Hæc seruanda tibi, donec nox æqua diebus,
 Atq; iterum satio committit semina terræ.
 At dum sexdecies sol arduus occidit vndis,
 Hybernum post solstitium, sacrosq; relinquens
 Oceani fluctus sublimi Arcturus Olympo
 Exoritur, primumq; cupit splendescere sidus,
 Tunc vites incide: noui neq; nuncia veris,
 Antiquos iterans quæstus præcedat hirundo,

Dom tamen immensos effundit Pleias æstus
 Profiliensq; umbrosa perit plantaria limax
 Tellure è sicea , tunc vinea nulla ligonem
 Sentiat, accelerentq; uncata falce ministri
 Naturam in segetem, nec te pulcherrima Tempore
 Desineat segnem , matutiniq; sopores.
 Eia age cumpe moras, pelle ocia segnia pelle,
 Dum vocat alma Ceres , robustaq; collige farra,
 Pone domi quantum toto tibi sufficit anno,
 Mane operi affurgens: operis pars tertia mane
 Conficitur. labor haud grauis est. de mane viator
 Longum linquit iter, taurosq; exercet arator.
 Præterea sua dum scolymus florentia mittit
 Germina, & in ramos dulces resonare cicadæ
 Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis,
 Et capra tunc mollis, tunc sunt dulcissima vina,
 Feminaq; vrenti Veneris prurigine corpus
 Appetit infanos coitus : Iassantur ab æstu
 Membra virum tantumq; potest vis ignea solis.
 Tunc licet ardores gelida relevare sub umbra,
 Fontis ad apricos latices, semperq; fluentis
 Murmur aquæ, faciles quam circum lenitur auras
 Aspirant, zephyris plerumq; agitantibus illas.
 Hic hilares, lætus cyathos & pocula sume
 Biblia, ter infusa magis quæ temperet vnda.
 Hic tibi ab uberibus capraturum caseus astet,
 Quæ nulos pascant foetus: hic lactea liba,
 Hic tibi sylvestris ponatur caro iuvenæ,
 Quæ nondum enixa est: hic mollior hædulus adsit,
 Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra.
 Surge tamen, cœlo dum fulget Orionis astrum,
 Tempus adest Cereri sacras terat area fruges,
 Adventos posita, atq; ingeniti æquata cylindro,
 Nec nisi libræ ducantur ad horrea mettes.

Postquam autem satis ad victum tibi contulit æstas,
 Continuò cui nulla domus sit quære ministrum:
 Adde etiam ancillam, quæ sit sine prole, molestem est,
 Ac græce seruitium illius, quam cura remordet
 Natorum blandire cani, panemq; ministra:
 Peruigil ante fores sedet ille, domumq; tuctur,
 Dente rapax, furiq; altis latratibus intat.
 His properè exactis, scenum paleasq; reconde,
 Hemionos quantum satis ac nutritre iuencos.
 Inde laborandi requies præbenda colono,
 Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris.
 Dum tamen in media cœlistatione resolget
 Sirius, Orionq; loco splendescit eodem,
 Et rosea Arcturi cernit Pallantias astrum.
 Tunc tuas tenero abscondens de corpore matrum,
 Per bis quinq; dies tepido sub sole iacentes
 Pande: dies etiā mollescant quinq; sub umbra,
 De hinc toique, & capiant vegetes iucunda Lyzi
 Munera. sed fidus cum deficit Orionis,
 Pleiadesq; Hyadesq; cadunt, meminisse iuuabit
 Protinus impresso subuertere vomere terram.
 Stat tempestiuo cuncta exercere labore.

Si tamen infestum iuast ire per æquor, & alta
 Poppe vchi, moneo ne quando ab Atlantide natas
 Orion sequitur, totoq; excludit Olympo,
 Ut videoas illas medio submergere ponto,
 Nauigio incumbas, mare tuoc tollentibus euris
 Obscurum undosos iaculatur ad æthera flutus.
 Tunc igitur iaceant religatae ad littora puppes
 Saxorum obnoxiae obijcibus, ne forte ruentes
 Discutiant venti: pateat pars imma carinæ,
 Ne pluviam excipiens putri marcescat ab imbre.
 Instrumenta domi navaliaq; arma quiescant
 Pensæ, gubernacliaq; exploret robora fūsus.

Interca.

Interea Cereris sacros operare labores.
 Nec prorsus fugiendus ager, labatur in altum
 Aequor amica ratis, dum non magis vnda tumescit.
 Nec refluxunt vasti sublato gurgite montes:
 Vadat onusta tamen censu reditura superbo.

Sic meus ille quidem genitor, dum pauper egeret,
 Errabat maria alta secans, flumusq; profundos.
 Ille olim Aeolidani curvataq; littora linquens,
 Appulit huc non spe lucri commotus auara,
 Dorum opus exercere invisa vrgebat egestas.
 Ille vagus demum prope Tempe Heliconia sedem
 Aceram incoluit, cœli in regione molesta.
 Frigore nunc nimio, nunc quæ intolerabilis æstu est,
 Tempore quoq; suo iuvat exercere labores,
 Nauigium ante omnes: cuius si te villa remordet
 Cura, placetq; altos sulcare per æqua fluctus.
 Dom faciles spitante venti, & furor ille quietuit,
 Nete invisa famæ alicno viuere paro
 Cogat, & inuitus multorum debitor extes.
 Vade nec in cymba, sed te vehat ardua puppis,
 Iugentes referant census ingentia mercis
 Pondera. Præterea quæ sint aptissima nautis
 Tempora narrandum est: quanquam mihi parva per vn-
 Vita fuit, vixq; ex illa tantum Aulide cursus (das
 Likus ad Eubœum, sub quo omnis Græcia quondam,
 Dom pelago defœuit hyems, conuenit in vnum,
 Et merito infandos fatum latur in hostes.
 Iude mihi placuit non longè ad Chalcida cursus,
 Huc ubi magnimum genus Amphidamantis Achivi
 Constituunt populis certamina, & inclyta quondam
 Munera defuncti ponunt in honore parentis.
 Hic ego me dulcis referentem præmia cantus
 Auratos memini tripodas, quos sponte dicaui
 Musatum ante aras, quibus antæ Heliconia curæ,

Ille ubi

Ille vbi me primum dulcem docuere poēsin.
 Tantum igitur mihi res naualis cognita fuit.
 Dicam aliquid tamen, & variis pandam ætheris usus,
 Hæc etiam nobis aspirare Camœnæ.
 Aequora autem legant instructo remige puppes,
 Quum decies quinq; est series exacta dierum,
 Acstium post solstium & iam deficit ætas.
 Nam neq; tunc classes, medio nec nauita ponto
 Obruitur: ni forte velit Iouis alta potestas,
 Aut Deus, ipsarumq; parens Neptunus aquarum.
 Exitus omnis in his retum manet, exitus omnis.
 At lenes spirant Zephyri, tranquilla quietunt
 Aequora. tunc celerem ventis committe carinam.
 Vadat onusta: tamen redditum properare memento,
 Quâmo prius ipsa novos fundant vineta liquores,
 Autumniq; imbre, & hyems infesta procellis,
 Aut notus insurgat pluia rorantibus alis,
 Incumbatq; mari, totumq; evoluat ab imo.
 Exercent etiam studium nauale sub ipso
 Vere novo, cum se tam latas arbor ab alto
 Induit in frondes, quantum vestiga cornix
 Pandit humi depressa: silet tunc nabilis vnda.
 Ast ego nauigium graue tunc, semperq; molestum
 Crediderim. hoc naturæ homines levitate nefanda
 Subteraxere, agitant diuersa pericula fluctus:
 Et tamen ire placet, quamquam mors dura sub vndis
 Divitiae suot hominum, atq; insanus habendi
 Ardet. Ad hæc animum germane intende patumper
 Coacipe fratnos monitus. maria alta secando
 Fac tecum ne cuncta vehas, maiora reserua.
 Nec nimis est oneranda ratis, sit ponderis æqui,
 Quicquid in hac durum est, aduerso occurrere fate,
 Fluctibus in medijs. currus discinditur omnis,
 Si grauius superinflat onus: seruare memento

Meatu-

Mensuratum in rebus, & idonea tempora ad usus.
 Quem propè ter decies tibi vita elabitur annos,
 Coenubium maturum aderit: decimūq; puella
 Exigat, & quartum, sed quinto nubat: & illa
 Virgo sic, arq; habites prope te, cui sedulus astes,
 Sedulus inspicias artemq; vñsumq; puellæ.
 Hec age, ludibrio ne te vicinia cantet.
 Coniuge nil melius casta, nil turpius illa
 Quæ Venerem prurit siue fœc, & prostat ad omnes
 Semper & exitio superimminet illa virorum:
 Nemo etiam fratri in amore æqueatur amicus.
 At pars si quis erit, sit amandus tempore in omni.
 Nulla ex te incepsum fœdus discordia soluat.
 Menti scelus est, præstat compescere linguam
 Infandum, si vim tibi quisquam inferret amicus
 Autore, aut manibus, surge & te vñciscere, redde
 Redde vicem duplicem. quod si illum pœnitet aeti,
 Ac pœnam implorans iterum te exoptat amicum,
 Scipie. vile quidem est, homines noua quæcere semper
 Fœdera amicitiae. multos si frater amabis,
 Non laudo: nullos etiam. medium sit in isto.
 Si tibi corda timent, vultus non indicet iram
 Turpe sequi sceleratum hominem, male dicere cuiquam
 Infandum est: qui iam vita laudatur honesta.
 Nunquam à te nonquam misera obiorgetur egestas:
 Dividum donum est, diuāmq; æterna voluntas,
 Illa quidem, quæ s̄epe viri sublime molesta
 Impedit, ingeniumq; vetat super alta leuari.
 Qui loquitur patcè, linguam nec in omnia soluit,
 Thesaurum præse gerit ille: ea gratia magna est,
 Ut linguam moderes, pensataq; verba loquaris.
 Si quenquam verbo lædes, læderis & ipse.
 Grata in amicorum venias conuiua sumptu
 Concupi, dato particulam gratissima sunt hæc.

Acre

Acre Ioui vinum, seu dijs, demane cauedum est
 Illauta libare manu, tum vota precando
 Incassum fundes nulli exaudita deorum.
 Solis ad aspectum nec quenquam mingere fas est,
 Nocte sub obscura recto neque corpore nudo,
 Nox quia sacra deis. media nec credimus illud
 Posse licere via: si declinetur ab illa,
 Esse etiam vetitum: diuus vir, & omnia noscens,
 Hærens parietibus sedet, atq; exponit vrinam
 Iotus, vbi orbatae tenuis latet angelus aulæ.
 Non coitu polluta sacros genitalia pandas
 Ante ignes, neq; cum dulci tibi coniuge præstet
 Concubium, ut generes, dum moesto à funere tristi
 Mente redis, superum sacra, sed latus ab ara.
 Credimus inuisum superis, semperq; molestum.
 Qui natat assiduo labentia flumina cursu,
 Quin sit lota fuanus prius, & pia vota precessq;
 Fuderit, ante ipsas supplexq; orauerit vndas.
 Infandum ante aras vogues incidere, cum dijs
 Sancta facis: scelus est cyathos imponere vas
 In quo vina latent, sacros operare lebetas.
 Nil tibi, cum in sacris etiam hinc latuisse nefandum est.
 Perfice recta prius, quam cornix garrula ab alto
 Nunciet atram hyemem, ruit hæc iniicia procellis,
 Fac sedeat bis sex quibus ætas exigit annos,
 Aut totidem menses natorum chara propago,
 Sede sub instabuli: iuuat hoc omnemq; repellit
 Segnitiem: facit esse agiles, & ad omnia promptos.
 Fœdum ac turpe virum est thermis muliebris uti,
 Hoc prorsus fugiendum etiam: stat talibus attum
Sic mea truncato corpore membra rapi?
Progenies superum, & fratri quæ scripta colono,
Ausonios olim versa inere pèdes.
Alcidæ clypeus, Cygnæaq; bella superfluit,
Gloria quæ nostri prima laboris erant.
Omnia vel Latium legat, aut intacta relinquat:
Nil mea sic lacero corpore scripta ipuant.
Prodijt hinc igitur Ramus, gemitusq; poetæ
Sustulit, & Latij's Herculis arva dedit.

S P

HESI-

HESIODIASCRAE
 OPVS CVLVM DE
 HERCVLIS CLYPEO, LA
 TINITATE DONATVM PER
 IOANNEM RAMVM DE
 GOES.

Ordior a commen:
 datione Alcme
 niz, quæ Amphiæ
 patris in terfectorē Thbas.
 secuta est.
 pñm a: mortis cō, fugalis.
 Occasio belli sus acerū.

CVm liquit patrios Tirynthia regna penates,
 Et Thebas, Alcmena, virum comitata, petiuit:
 Quam placidos niveo tollebat pectore vultus,
 Oraq; mortali nunquam concessa puellæ,
 Nympharum matrumq; decus, sexusq; verendi
 tryonem Gloria, seu purum videoas sine crimine pectus,
 Seu raroſ formæ ſpeces coeleſtis honores:
 Cuncta Cythereæ ſimilis, quæ fronte decorat
 Illi cæſariem dederat, lumenq; iuuentæ
 Putpureum, & latoſ oculis afflatat honores.
 Inſignemq; adèò, rerum nec inanibus auctum
 Gæſtarum titulis, coluit venerata marium,
 Quantum nulla queat vinclo ſociata iugali.
 Qui licet in patrem ferro graffatus honestæ
 Coniugis, & tantum maculafret ſanguine nomen:
 Non tamen hoc facinus, cæſiū; iniuria patris,
 Eripuit primos quoſ illi iunxerat ignes:
 Verum in Agenoreos, patria tellure relicta,
 Tunc euā migrauit fines, Cædmiq; ſuperbum
 Imperio ſupplex populuſ, gentemq; petiuit:
 Illa ſecuta, domus coniunx habitauit eadēm.
 Non tamen aut thalamo prius elē dignata maritum;
 Concubitūue admisit; agros qui verteret vltor
 Hostiles, flammag̃ vrbes à ſtripe ruſſet

Telebo-

Teleboūm. Taphiūm̄q; olim qui fortia ferro
Demisere neci magnorum corpora fratum.
Hoc diuis quondam votum iuratus Olympi
Fecerat : hos metuit , si quid promissa moretur
Solvere, ne tali poscant pro crimine pœnas.

Ergo opus aggreditur , promissaq; vota capessit
Iam certus , rapit arma ferox , subitosq; tumultus
Euulgat , belliq; omnes petit ordine curas.
Ille se comites equitum genus acre ructum
Bœoti adiungunt , belli pugnæq; furentes
Ardore , & clypeos docti versare trilices:
Loctiq; insignes iaculo , brevibusq; sagittis:
Vna magnanimi , genus insuperabile bello,
Phocides , in pugnam socij comitesq; sequuntur.
Tales Amphitruo populos , & talia bello
Pectora, Teleboas duros educit in hostes.

Consilium iactarea Deus altitonantis Olympi,
Anxius in cuius animo conversus agebat,
Quo tandem superumq; iras , hominumq; tumultus
Solvaret, & torum freno subiungeret orbem.
Talia voluenti, potior sententia visa:
Vna animo subiit: quam mox simulatq; recepit,
Vritur , & molli bene cinetæ virginis igne
Ardet amans , subitoq; furens delapsus Olympo,
Alta Typhaonij tetigit fastigia templi:
Inde periturus diuina sede verendum
Phicion. hic partes agitur diversus in omnes,
Cum subito pulchritæ thalamos nocturnus inibat
Virginis Alcmenæ , Venerisq; in mollia soluit
Dona animoni, voti compos , lectoq; receptus.
Mox illo labente die redit inclytus heros
Amphitruo, partis inimica ab gente trophæis.
Non famulos, non ille prius quod quisq; sequatur

Catalos
gus popu
lorum qui
amphitry
ouem ses
cuti sunt

Cum Iupi
ter Alc
menæ cō
cubitu
periret

Explorat studium, nec agris commissa reuicit:
Quād sua membra thoro, formosæ coniugis vnu
Lassa refecisset, votua nocte potitus.

Comparatio.

Tanta etenim vidui vis impellebat amoris
Asphirryona ducem: quantum qui ferre recusat
Præsentis curas morbi, subitoq; laborat
Tollere, & abiuptis optat sibi libera vincis
Membra dari, vt cœlum possit commune tueri.
Non secus exhaustis bellis, rebusq; peractis,
Ille domum, charosq; petit viatrice penates
Dextra, & virginos per noctem coniugis haurit
Amplexus, capitq; soes quibus arserat ignes.

Sic quæ ignara Ioui thalamum, reduciq; marito
Indulxit, septem claudentia mœnia portis,
Ornavit duplici partus genialis honore:
Et fratres una geminos produxit ab alio,
Nec quicquam aut animo similes, aut pectore quicquam
Dotibus hic minor ingenij, virtutibus alter.
Alcides melior, pugnax, interritus, atrox.
Huc compressa deo superumq; hominumq; potenti:
Altarium peperit, mortali iuueta marito.
Hic tamen ille Iouis natus, sobolesq; Tonantis,
Marte satum durus Cygnum confecit in armis.

Hercules
& Iphicli
stratum
ebris
eo.

Vbi &
quomodo
Hercules
secundic
in Cygnū

Forte sub umbroso nemoris syluaeq; recessu
Delphicola Phœbi, magnum cum Marte vagantem
Vna confexit Cygnum: fulgore minaces
Armorum, & currus metuendo robore fultos:
Pulsabant celeri terram commota volatu
Corpora magnorum zripedum. densissimus auras
Puluis ab illorum pedibus, plaustricq; rotatu
Versus obumbrabat, prospexitumq; ire vetabat
Longius obscura densans caligine cœlum.
Splendidus axis erat, temone insignis & auro,

Quem

Quem circum rapido cursu sonuere volatu
Aeratis orbes radijs, chalybæaq; vincla.
Quo vehitur Cygnus curru, medioq; tremendus
Insidet, atq; animo spuma turbidus haurit inanem:
Cum charo, Alciden sperat se posse, nepote
Perdere, & exutos armis spolia e superbis.

Talia, sed tacite, secum indigatus agebat,
Abnuit euentum votis Cyri hæus Apollo,
Atq; preces aliò vertit, cum viribus auctum
Concidit Alciden, tantumq; impellit in hostem.
Magnus ab armorum radijs, natiq;, patrisq;,
Per nemus, & sacras pharetrati numinis arae
Fulgor ijt, densas illustrans lumine sylvas:
Visaq; nescio! quid penitus commota minari
Luminaq; vultusq; Dei totoq; moveri
Pectora, & insanis facies effetuere flammis.
Hei mihi, quis tantis ausit ferre obuius armis.
Atma, nisi Alcides, magno comitante Ialao?
Nec, nisi eos quenquam tantos & quare labores
Posse reor, Martis ueiras, cladem ue morari:
Quis magna vires animo quies fortia bello
Pectora, quies validæ pugnanda in prælia dextræ.

Tum sic Alcides memori sermone nepotem
Autigam affatur: Dulci mihi charior aura
Oloaze nepos, generis spes optima nostri,
Aeterne forsan sedis suprema regentum
Numina, non patui sceleris sibi conscius, olim
Læserit Amphitruo, tunc cum facta mœnia Thebes
(Ticynthum fugiens) & Agenoris arua petiuit,
Ob cæsi inuidiaæ socii: supplexq; Creontem,
Heniochenq; adiit: quem mox, simulatq; precando
Institit, ornarunt donis, rerumq; dederunt
Quantum supplicibus satis, hospitioq; receptis

Postea
tē aliquā
do malos
rum suos
rū scelerā
Iuere.

Atq; ita felicem pulchra cum coniuge vitam,
Tranquillosq; dies, & fata quieta peregit.

Iamq; vno lapsus Titan reuolubilis anno
Menses bis senos obiit : mox nascimur ambo.

Ipse tuus mecum genitor, sacroq; parentis
Epbictus. Funditur è gremio fratrib; , moresquè animumque
Dissimiles. Illi præclari Juppiter vsum

Abstulit ingenij , & corpus sine mente reliquit,

Qui profugus patria (sic dij voluere) reliqua,

Eurythea miser, non vna cæde tyrannum

Infamem , sequitur: scelerum nisi forte pudore

Victus , degenerem mentem ad meliora reduxit.

Sed frustra ista queror, lachrymisq; offendor obortis,

Abhorta Chare Iolae, tui miseratus fata parentis.

At pater omnipotens mihi duros ferre labores,

Abhorta Accumulans immisit, & ingentes ærumnas.

Interea æripedes frenis vinclisq; superbos

Tu rege , nexilibus distorquens ora Jupatis.

Atq; axes fidens animi , currusq; gubernas:

Nil vanos Martis strepitus, nihil arma moratus,

Qui Phœbi in longum iaculantis tela vagatur

Per nemus , insolito (rēs admiranda) tumultu.

Cui quamvis magazæ diuino in pectore vires:

Non tam hinc , nostro nisi vulnera fractus, abibit.

Talia iamdudum memorantes, & verba serente,

Auriga aspexit, fortisq; hæc protulit ore:

Juppiter omnipotens, diuimusq; hominumq; potestas,

Et glaucus salvi Neptunus guttiris heros,

Ab hone Vrbem qui Thebas clarissima mœnia seruat,

Sor Te multis ornant memores verisq; triumphis:

Qui tibi tam clara Cygnum virtute domandum

Apprenijs Opposuere virum: quo victo , vt victor Olympi,

Acteris nomen vieturum sedibus addas.

Acci-

Accipe tella manu, rigidoq; accingere ferro,
 Ut modò commissis inter se Martia plaustris
 Arma armis coeant. nec enim me, nec Ioue natum,
 Murmure terrebunt vacuo, votisue fugabunt.
 At spero infestis proprius cum surgere signis,
 Amphitriotic satos, gladijsq; vrgere videbunt.
 Perculsi fugient, nec ad incitat tela resistent.
 Namq; adeò impugnæ calet hæc mihi dextra ruinas
 Vel longè malim, quam regia prandia, bellum.

Ardoret
prompte
tudo iuge
nflis.

Sic ait: ast tales iuuenili pectori fusos
 Alcides animos, & verba virilia tollit
 Laudibus in cœlum meritis: illumq; vicissim
 Affatur, volucri contra sermone locutus:

O Iolae nepos, O magni cura Tonantis.
 Non procul hinc validis moturus prælia signis
 Hostis abest. quare quicquid generosius audes,
 Expedias, durisq; ferocis Arionis ora
 Includas phaleris, doceasq; velocius omnes
 Auxilio partes monitum tentare ferendo.

Arion es
quis Her
culis.

Sic fatus, subito robustis curribus aptat
 Aere tenentes ocreas, argentea crurum
 Vincula fortitas. thoracem deinde coruscis
 Sidereum flammis, varioq; colore micantem
 Induit, hunc illi Pallas florentibus annis,
 Tristia cum duri subiit discrimina belli
 Obtulit, atq; ensem collo suspendit eburnum.
 Deinde humero ingentem, retroq; in terga refusam
 Accingit pharetram, cui plurima spicula diris
 Artibus, & varijs incravat imbuta venenis:
 Vnde mouerentur lachrymæ, gemitusq; cadentum:
 Tela polita tamen, varijsq; operosa figuris,
 Et bifido nigris velata in cuspede pennis,
 Missa quibus cœptum rapiunt per inane volatum.

Hercules
ad pugnæ
instratur.

Tela ve
nenato cu
spide.

Tum iaculum caput oblongum, ferroq; timendum
 Præfixo capitiq; aptat quam ferre solebat
 Terribilem cristi galeam, multitq; rigentem
 Auri fulgentis radijs, qua tutus iniquum
 Alcides belli posset perferre laborem.

Clypei Tum caput ingentem clypeum, proffusq; stupenda
 Herculis—Arte laboratum, iactu quem nulla recepto
 elegans: Vulnera, nec duris relierant ictibus hastæ.
 Sima &c ad- mirabilis Vndiq; cæruleis circum currentibus aurum
 descrip^{tio} Orbibus infusum, duroq; volumina gypso
 Incurvata, eboris niveo candore relucens:
 Multaq; permixta variata coloribus æra
 Alternant viuos clypei cœlestis honores.

In medio spiritis tortus draco, fronte reflexa,
 Atq; retrouersis oculis in terga recumbit,
 Iogens, terribilis, multoq; rubentibus igne
 Luminibus, stingens ad apertis fauibus ora,
 Ora superfluis sordentia tota venenis.

Spiritus Cui Dea terribili vultum compleuert æstu,
 dicit, qui Coenitæ Spargere bellorum caufas consueta ferox Lis:
 nemalq; ipsa potens animis rapere improvisa vigorem
 uocans. Humanis, rigidaq; illum substernere morte,
 Honores, hoc uiso monstre, subito cōcidebant. Quis quis in Alciden ferro consurgit, & alcum
 Obuius infelix Ioue natum provocat armis,
 Illius in Stygias animam deturbat arenas.
 Quæ dulcem subito vitam indignata relinquit,
 Nudaq; putrefacti iahumati corporis offa.

Uxorū Hic videas diræ signa atrocissima pugnæ,
 acerimæ Quos fugam versos alios, aliosq; sequentes
 pugnæ Sitage data, & multos ultro citroq; tumultus,
 Quos Eris adiuncto concuerat improba Fato.
 Inuenies alios multo cum sanguine mistam
 Viram exhalantes, alios in vulnera pronos

Deficere

Deficere, et vitam vix ducere: vulneris illum
Experiem, hunc cæsum pedibus per tota reuinctis
Castra rapi, iamq; arma virum, iam corpora multa
Cæde cruentari, fluere atro sanguine vestes.

Bis scena hic videas stridentibus effera flammis
Cella, venenato vultu maculosa, draconum:
Tam magis offenso spirantia gorture virus,
Quam magis Alcides effuso sanguine pugnat.
Itaq; cæruleos clypei dispeisa per orbis
Mostra videbantur, proprijsq; ornata nitebant
Cuncta notis: auri per cætula colla draconum
Fulgit ijt, nigros pingebat sepiavitus.

Haud procul inde sues, hinc effera turba leonum,
Iatis coeunt animis, & torua tuentes
Congressi, multo miscent cum sanguine pugnas.
Sed nec apri rapidis quicquam cessere leonum
Agminibus, nec apros fuluit timuere leones.
Primus ibi exiliens campo sese arduus infert.
Agmina perrumpens validè leo: illius ergo
Iusua præcipites occiderunt vulnera proni
Cladibus, atq; anima duo apri petiere relicta,
Vulnera nigrantea quem ructauere cruentem,
Concretum gremio Terra officiosa recepit.
Clamorem excipiunt socij, fremituq; sequuntur,
Præcipitesq; ruunt, & ad incita bella feruntur.

Nec non è iuuenum fortissima pectora cœtu,
Indevicti animis Lapithæ, duriq; Gigantes
Astant: hicq; virum Cæneus dux. hicq; Dryanteus:
Pitithous, proceresq; ducum Mopsusq; Phalerusq;;
Exadius, Prolochusq;, virum non insima bello
Gloria: Marte satus comes his Titaresius, atq;
Theseus Aegides, fama immortalibus æquus.
Iusques auro iuuenes, insigniaq; auro

Leonium
& suum
inter se cœ-
camen.

Lapithæ
cum Cen-
tauris con-
gessi sunt
In nupijs
Pitithoi:
ad quas ale-
lus sum ut-
detur,

Arma Centauri,

Arma humeros circum gestant, & pectora circum,

Nubigenæ ex alia Centaori parte coactas
Semifero in umerum glomerarunt milite turbas.

Hic fortis Petræus, huic comes Asbolus augur,
Harius, atq; Arctus, Dryalus, Perimedes, & ipsi

Peucidae gemini fratres, placidaq; superbos
Fronte Mimas, nigrumq; gerens ætate capillum:

Conspicui argento iuuenes, gemmisq; corusci
Sidereis, dextra truncos & robora vibrant

Arbores, & sudibus miscent horrenda præustis
Prælia, cum duris Lapithis, qui comminus ætis

Inter se insurgunt armis, hastisq; minantur.

Alipedes medio fusi certamine Martis,
Et Mars ipse truces agitur furibundus in hostes,
Sanguineis telum manibus complexus, & omnem
Expedit in pugnas aciem, spolijsq; superbit.

Illum indignari similem, similemq; minanti
Asperges, eleri raptum reuolumine curros.

Cui socij toto cupientes pectora bellum,
Adhærent Pauor atq; Metus, trepidiq; sequuntur.

Minaea. Quos Iouis haud longo sequitur discrimine Pallas,
Tristia non vano voluens certamina vultu,
Et gladium manibus, galeamq; in vertice fuluam
Horrendum quatiens, clypeoq; animosa seviro
Infert se medium spumanti sanguine pugnæ.

Deorum concilium. Cum Ioue cœlicolæ cuncti super aurea cœli
Tecta residuebant, primoq; in limine Olympi,
Hic ubi diuorum sedes, & plurima fulvi
Circumsita iacet vis innumerabilis auri.
Personat autem citharam Cyrrhus Apollo,
Quem circum paribus dulcissima carmina Musæ
Respondent vicibus, cœtu assistente deorum.

Portua imago. Non procul hinc motos ubi condunt æquora flodus,
Placat

Placatiq; cadunt tumuli, strepitusq; residunt,
 Appulsi facilis portus, pelagoq; flueuti
 Vodarum strepitu similis, similijq; tumenti,
 Et quem multa super delphinum turba rucbat
 In medios sine lege maris, portusq; recessus.
 Alt duo qui reliquis longe excellentius ibant,
 Conspicui argento nitido Delphinae, in orbem
 Aequora verrebant caudis, aestumq; secabant
 Pectora, & exertis nunc efflant naribus undas,
 Nunc medio timidos absorbent aquore pisces:
 Cautus ab extremi piscator marginis oras
 Rupe residuebat celsa, sinuosa per altum
 Retia diducens pelagus, portusq; retorquens.

Hic clarum Danæs formosæ Persea natum
 Extuderat, clypei nullo cœlestis in orbe
 Herentein, nec ab orbe procul zonisq; vagantem,
 Mirandum visu monstrum faber inclitus auro
 Igniuomo, & cultis duxinxerat undiq; gemmis.
 Rerebant pedibus duplii talaria nexu
 Aurea, que sublimem alis, medioq; tenebant
 Aere suspensum: lateriq; argenteus ensis
 Ex humeris aptatus erat, vaginaq; pulchro
 Aere tenidebar, secto vestita elephanto:
 Si supra vmbonem medium velut vmbra volabat,
 Indorso extabant Phorcynidos ora Medusæ:
 Multaq; inauratis argentea vincula bullis
 Persea lambebant regem, mediumq; premebant.
 Atq; Orci galea niueum cingente capillum,
 Exoculis fugiens, vmbra noctisq; ruerens
 Ciogitur insidijs, gressusq; effingit euntis.
 Non visum subito diræ post terga sorores
 Gorgones, & curvo fugientem Persea captant
 Precipites, hostemq; petunt, gemituq; lassunt.
 Vasta reperculo crepuerunt marmora planctu,

Perseum
clypeo an
teuolantē
fingit,

Perseus
Inferrebat
Medusa fu
git. Orci
galea ini
fibilem se
fecit,

Et pe-

Et pedibus ēlypei latēta omnia quās dederunt
Ingentem strepitum, tinnitū; æra sonauit.

Pondus id, hos gemitus adamantina zona tenebat:
Bini inerant squamis depicti terga dracones
Cæroleis, magni, immanes, tæa colla petentes
Porrecti ad iugulum, linguis vibrantibus ora
Sibila lambabant paritet, crudele tuentes.

Homines zora superuenientia majoribus incita turbis
rum imita **Arborum**, & sauis horret i onclusa periclis.
tur boclo Binæ vtrinq; acies, populorum castra duorum
co. Armis conspicua ionumieris, in mutua vertunt
Bella manus. illi patriam, charosq; parentes,
Et dulcem bello sbolem, natosq; tuentur:
Moliturq; suos contraria turba labores,
Excidioq; vacant manibus fabricata Cyclopum
Castra dare, atq; imo suboertere mœnia fundo.
Pars telis oppressa iacet, pars agmine facto
Dimicat, & totis oppugnat viribus hostem.
Turribus è celsis matres, trepidxq; puellæ
Prospiciunt, lachrymisq; genas, oculosq; fatigant
Virgineos, viuis similes quæ tristia curant.
Ipsaq; tarda gelu, & viuendo lassa senectus
Mœnibus evadens, cœlumq; & oumina votis
Inclamat, sursumq; manus ad sidera tendit.
Quisq; suis metuunt suprema pericula natis.

Poreæ Interea putris miserando funere campus
carnuo; Feruet, & effuso restagnat gorgite sanguis.
ræ tristis; Cum subito accurrunt magno simul agmine poreæ
am cladis Toruæ, terribiles, auidæq; abiecta sequuntur
augæt. Corpora, seminæcesq; viros, tepidumq; recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos,
Vrq; sibi oblatam campo quæq; obvia prædam
Inuenit, hanc subito trahit in diuersa recruiis

Vagui-

Vngibus, atq; animam crudeli vulnera fessam
Occupat. & moestas Erebì demittit ad umbras:
Mox saturæ exhaustis epoto sanguine membris,
Exanimè abijciunt retro post terga cadaver,
Et versus repetunt stragero, pugnatq; reuisunt.

Hic Clotho & Lachesis, Stygioq; animosa furor
Atropos, in medios ruit indignata tumultus.

Quæ quamvis gracili non tantum corpore molis
Præferat, at reliquis tamen excellentius ævo
Grandior incedit, canisque illustrior annis.
Vna omnes ruere, & diris mœstisq; moueri
Inter se irate rixis: & toruæ tuentes.
Injiciunt manibusq; manus, atq; vngibus vngues.

Præcipitansq; hominum vitas Achilys ære propinquæ
Rixet, sed tristis: faciemq; humerosq; pedesq;
Et Stygijs totum corpus conspersa fauillis.
Cui sordent vñæsq; manus, & pallida semper
Ora metu, putretq; muco, sinibusq; receptas
Et oculis atro desudat sanguine guttas,
Et terram tabo maculat, ringitq; reductis
Faucibus, & tetros aperit cum murinure dentes.

Regia conspicuæ moles inscripta figuris,
Et sedent portis, totidemq; cffulsa columnis
Surgit opus, choreis ubi se genialibus omnis
Exercet populus, pomparumq; ardua plausu
Moenia sollicito resonant, spacioseq; flammis
Atria collucent, Hymenea festa parantur,
Ducentumq; nouam, corru propetante, maritam
Coniugis in lætos thalamos, iam iamq; abeuntiem
Nocte cadente diem facibus flammis morantur.
Incedunt auro compæ longo ordine matris.
Hæs chorus æquatis mulcens concentibus auras,
Atq; lyrae graciles extenso pollice chordas

Tres patræ
æc.

Hymenea
ta seu nup
piales et
umples.

Percut-

Percurrent sequitur : quem summa laude secutæ,
 Alternant cum voce choros , saliuntq; pueræ.
 Parte alia lectis dapibus, mensisq; procaces
 Indulgent iuuenes : quorum genialia læto
 Carmine , & audaci resonant coniuia luxu.
 Excipiunt alij non lævo numine carmen,
 Et gracili ad citharam pedibus manibusq; rotatu
 Assiliunt , blandisq; iocis, tisuq; sereno
 Tristes expediunt ceras , fidesq; sonantes
 Permitto gaudens sequitur modulamine turbæ,
 Læticiaq; iocisq; viæ, plausuq; resultant.

Cornipedum ante urbem , stadio cursuq; volantum
 Tergora descendunt iuuenes , longoq; fruntur
 Agmine precipites, atq; ardua rura pererrant
 Agricole . breuibus culti ornatiq; lacernis .
 Fœcundam curuo proscindunt vomere terram.

Rustici la- (Mirandum visu) subitò surgebat opima
 bores & Messis agro, & flavis Ceres incurvata capillis,
 studia, Maturasq; metit robustus messor aristas,
 Et ferto culmos, & avata falce superbam
 Inuadit segetem: & campo prostrata legentes
 Hordea concutunt pueri , lectisq; maniplis
 In vacuas referunt Cerialia munera cellas.

Vinde: Parte alia curuis maturam falcibus vlmum,
 mæz imæ Et carpit grauidas immundus vinitor vuas .
 go pul- Mox iuuenes leuibus calathis, & vimine texto
 cherris Paupineam excipiunt vitæ, folijsq; coruscans
 ma. Auriferis: qui cum lati cessere , subinde
 Expediunt, onerijs parant vacuos calathiscos .

Vitis erat nitidis argentea tota racemis,
 Quam circum tenues , argentea brachia , rami
 Discurrent, passimq; horti latus omne superbo
 Ordine distinguunt, illato quoq; plurimus ære

Fulci-

Fulcierat grauior postis, sursumq; tenebat,
 Fecerat hanc magno diuinus Malciber olim
 Ingenio. hic medio carmen citharœdus in horto
 Incipit, & festo cuncti clamore sequuntur,
 Nec minus intenti sua quisq; negotia curant:
 Vndeq; feruet opus, sursum deorsumq; ruentum:
 Hic onus importat tergo, redit ille peracto
 Munere, statq; aliis calcatis sordidus vuis:
 Paroq; ministerio præli, uineq; terendo
 Incubit: premit ille, aliis colle&t a lacunis
 Extrahit. hi eocunt pugnisi. Multiq; patentes
 Transiit tuat cursu campos, leporumq; fugaces
 Venantur cumulos: cumq; his duo magna latrantium
 Corpora, sollicitis ceruos clamoribus vrgent.
 Ast illi fugiunt celeres, cutsuq; salutem
 Prata per, & sylvas, atq; inuia lustra sequuntur.

Venatio

Parte equites alia, bijugo cettamine campum
 Corripuntq; , ruuntq; ellusi carcere currus
 Adue si spacijs, pendentq; in verbena proni
 Arrige, dant lora: volant vi feruida circum
 Plautra choros, radijs, q; fremunt: lapsuq; rotatum
 Iopulli, validum titubant, queruliq; feruntur.
 Faetus amor laudum, tanta est victoria curæ.
 Victor spes summa tripus, tripus ære corusco
 Splendidus. hunc nigro faber ingeniosus in antro
 Ecit, & aurato clypei celavit in orbe.

Equestri
cursu aw
rigæ in sta
dio cera
tæ.

Hec circum tumidi latè maris ibat imago
 Oceanii, & fluctu spumabant cœrula cano.
 Cui super impendent cygni clangore volantes,
 Atq; errant fluctus medios per, & æquoris alti
 Amplexus, cœlum, nunc vndas ore petentes.

Oceanus
Clypei
marginæ
claudit.

Tot Deus exiguo formas miratur in auro
 Juppiter altitonans: cuius mandata securus,

T

Inuictum

Inuidum, validumq; manu, magnu&q; peregit
 Vulcaus clypeum: dextra. quem ferre potente
 Alcides potuit, nec erant graui& arma ferenti,
 Ipse quoq; ascendit currunt, fulgentibus armis
 Conspicuus: velut ipsa Iouis per nubila summi
 Fulmina missa nitens: leviterq; illatus honesto
 Cornipedum. incessu vehitur. certusq; Iolaus
 Rector, equos laxo versans moderamine flectit:
 Cum subito placidum sese dea numen in orbem
 Extulit humana facie Tritonia, & ipsos
 Talibus aggreditur verbis, & talia fatur:

Minerva
Herculi
et Iolao.

Tritonio

Minerva
currunt
Herculis
ascendit.

Vos ô Lynca geniti de stirpe negotes,
 Huc agite, & inopitis aures aduertite nostri.
 Omnipotens animos yobis viresq; secundas
 Sufficit, ut cygni bello spolia ampla superbi,
 Et caput è tumida captum ceruice feratis.
 Hocq; velim Alcidæ maneat tibi mente reposum
 Firma, cum dulces annos, supra&maq; fata
 Cluserit, atq; animam Cygniauus hauserit ensis.
 Lique loco exanimem, nec sit tibi cura perempti
 Corporis:arma etiam, quæ forte expissa iacebunt,
 Præterea& cautosq; oculos aduertere Gradiuo,
 Qui cum forte latus clypeo nudauerit, hasta
 Vulnera agens celeri, retroq; in tuta recede.
 Non tibi fuis bello superumq; deumq; corusca
 Arma, vel induuias diu& rapisse potentum.

Sic ait: & volucres scandit Tritonia currus,
 Aeternam portans famam, nomenq; subacto
 Viatorum Cygno. Hagris auriga citatis
 Admonuit bijugos: illiq; agitare sonantes
 Incipiunt currus, volucrisq; insurgere cursu:
 Diva quibus vires quassa dedit ægide Pallas,
 Imaq; concrepuit tellus, percussa volantum

Cordi

Cornipedum pedibus: plastris cum surgere vtrinque;
 Cygnus equum domitor, Marsque insatiabilis armis,
 Aduersis cæpere vijs: velut acta procellis
 Vnde, vel ut subitis interstrepit ignibus æther:
 Qui cum diuersi campum venere sub unum,
 Vnoquæ aurigæ stadio iunxere iugales,
 Mox crebris vacuas implent hinnitibus auras
 Alter in alterius nectentes murmura vocem.

Iamque propinquantem, dictis ingressus acerbis
 Alcides Cygnum: Tantum ne in pectore versas
 Cygne ignave nefas? aut sic tibi fides, ut ausis
 Nos contra ferro decernere, qui sumus olim
 Fortibus affueti pugnare, & vincere fortis?
 Cede loco, aut meritas nobis dabis improbe poenas:
 Et tutam permitte uiam, temone reducto.

Hac Ceyca peto, qui rex iustissimus unus
 Irachinis superevit, & seruantissimus æqui.
 Quid multis? nec enim te res latet ista, quod ille
 Te sibi delegit generum, nataque pudicam
 Connubio iunxit stabili, propriamque dicauit.
 Ostelos infandum, caue sis: non te pater isti
 Eripit dextræ. mecum si cominus armis
 Decernis, nostro vitam sub Marte relinques.

Quin etiam (nec vana loquor) Mars ipse cruentam
 Crucem nostræ quondam subianxerat hastæ.

Ante Pylum, belli raptus crudelis amore,
 Iam torcit agens, quantum furor ipse monebat,
 Iatus iaculum: contraq; ego nostra retorsi
 Illius in corpus violentis viribus armia.

Ieclypeo exceptit iactus ter pronus in armis
 Procidit, & tertam resupino vertice texit.
 Mox alio ingressus telo, clypeumq; recidi,
 Transfixiq; femur medium: quo vulnera fractus

Incepatis.

A maior.

**Concidit, & putri subito prostratus arenæ
Cum sonitu incubuit, spolijsq; exutus ab alto
Plurima dijs superis post pugnam fabula factus.
Sic ego nunc viresq; tuas, & vana retundam
Somnia si conferre ultra mihi tela parabis.**

Sic ait. Ast illum nequicquam dira minantem
Fifus equis nimium Cygnus contempsit, ab axe
Desiliit terra soboles Mauortia Cygnus,
Parte alia Alcides: sonitum dedit æthere telos,
Tam valida percussa pedum grauitate. caballos
Aurigæ impulerant proprius, flagrisq; citabant:
Cum gemini heroes cupidis in mutua dextris
Arma ferebantur. Veluti de vertice rupes

**Comparat. Vi torrentis aquæ per saxa, per ardua montis
tuo Home. Præcipitant, validoq; trahunt secum omnia lapsu,
ro freq̄s. Strage data nemorum, quercus fracta: quæ sub ipso**

Eripunt alnos casu, piceasquæ vitentes,
Dum subiecta petant montis, campique iacentem

Planiciem. talis tum reddebatur ab illo

Campestri sonitus certamine, mutua pulsu

**Hyperbo Atma armis, tabido torquent glomerantquæ furore
ie. Moenia Myrmidonum, viridisquæ Anthæa, & Iolcus,
Atq; Helice concussa dabant, Arnequæ fragorem,
Armorum strepitu, vocemque inclusa volunt
Mænia, pulsati colles clactore resultant
Interea, cum iam diris ploribus auras**

**Hoc Hos Pugnantes implent. Claticum rector Olympi
mero &c Intonuit Jævum omnipotens, summoque cruentas**

**Virgilio In gremium terræ stillabat ab æthere guttas,
semper si Dilecti facies in honorem talia nati.**

**gnom cladi Qualis in apricio (cum iam conceperit iras)
Montibus, immansuetus aper deprensus, vt acres**

**Comparat. Sunt adesse canes, venatoresque sagaces,
tatio, Præstat,**

Prestat, & arrestis horret fera tergora setis,
 Istrumque ninas iani congressurus apertas
 Concipit, & teturum calido vomit ore cnuorem,
 Duraque commissis distorquet dentibus ora,
 Fulmineosque oculos, aciemque in fronte minacem
 Huc illucque totat dubius, vultumque seuerat,
 Haud secus Alcides Ioue natus desilit altis
 Corribus in terram, currusque cacumina linquit:

Et iam tempus erat, virides cum forte cicadæ,
 Ramorum affuetæ folijs petulanter inerrant
 Vete novo, tenui reuocantes carmine messem,
 Er matutinos per pinguis gramina rores
 Nocte abeunte legunt: quo iam cum Phœbus apertam
 Lustrarit mundi seriem, sua fundere plena
 Carmina voce queant: cumque omnis pullulat arborum,
 Et tenues circum segetem naescuntur aristæ,
 Nec metuit dulcis surgentes pampinus Austros,
 Et verno Phœbus vites oppalliat æstu,
 Autor laticix Bacchus quibus assolet omnes
 Eripere infestas curas, animumque leuare:
 Inter se heroes hac tempestate ciebant
 Arma audi, pariterque animis in bella ferociæ
 Certa serebantur: raptorum more leonum,
 Quos natura ferox, & egestas cogit edendi,
 Ardua seftari surgentem in cornua ceruum:
 Quem cum mole sua superatum dente necarint,
 Inter se cupidi partæ pro corpore prædæ
 Certant, & validis feriunt rugitibus queras.

Seu veluti gemini rostris in rupe repandis
 Vulturij miscent pugnas, certantque cruentis
 Vngibus, infando cœlum clangore petentes,
 Si quem forte vident loca per sylvestria ceruum
 Corribus horrendum, capreamque per alta fugacem,

T 3

Quam

Veris des
scriuo.Compa
ratio.

Quam procul incantam nemora inter frondes fixit
 Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum
 Ignarus, medias sylvas saltusq; peragrans.
 Delapsæ fugiunt montes, vixq; ægra trahentem
 Crura feram rapiunt discordi dente volucres.
 Sic duo fatigeris heroes cominus armis
 Congressi, validis impellunt vocibus auras.
 Moxq; ibi sublatam Cygnus consurgit in hastam,
 Incerto Alciden cupiens extinguere telo,
 Aggressusq; agitur, clypeiq; insigne superbi
 Percussit feriens hasta: sed in orbe quietum
 Nequicquam telum pendens umbone resedit.

Cygnus
ab Hercu
le interfic
citur. Actius aduersum rursus consurgit in hostem
 Alcides Cygnum, & medium qua partibus hæret
 Acquis ceruicem tetigit, nexusq; repulsi,
 Quels galea & clypeus coeunt? qua cæde solutis
 Neruorum viaculis, sed adhuc cum murmur lingue,
 In terram pronus cecidit. Ceu vita securi
 Sternitur infando gemitu decidua quercus:
 Ceu Iouis icta sonat metuendo fulmine cautes,
 Sic terræ incubuit: magno simul armâ cadentis
 Incepuerit feno, cui, cum fugisset in auras
 Vita leues, victor tum longè immanior hoste,
 Alcides rapidi cautus vestigia Martis.
 Observat, tristi torquens fera lumenq; vultu.

Comps
atio. Ceu leo, qui prædam natus, totamq; cruentis
 Indiuersa trahit pedibus, tantumq; fatigat
 Dum cadat, atq; animam superatam morsibus efficit:
 Absidet, & cupidio paicit fera lumina visu,
 Horrendumq; oculis agitur, circumque volutat
 Agmina, nunc humeros pulsans, nunc tergora cauda,
 Sanguineisque putreto pedibus conuerrit arenam.
 Deniq; sic totum furor immedicabilis aufert,

Vt neme

Vt nemo aduersis illi concurrere signis
Audeat, aut propius motis consurgere rixis.
Alcides talem Marti se interitus offert,

Parte alia ingreditur Mars armiger, ore timendus
Sanguineo, ingentes iras sub pectora voluens:
Tum subito incumbunt validis clamoribus acti,
Aker in alterius stringentes, pectora ferrum.

Ac velut excelsu resoluta è vertice cautes
Excidit, & longum saltu defecitur in orbem,
Dum cadat, & medium feriens in vallibus agmen
Impingat, reddatq; sonum mons monte repulsus:
Haud secus aduersum Mars indignatus in hostem
Incidit, horrendo cœlum clamore fatigans.
Sed Iouis ægiochi soboles veneranda præibat
Alcides Ioue patre satum, manibusque ferebat
Aegida terrificam densa caligine circum
Nube super fusa tectam: qua freta, superbam
Ingreditur tali verborum fulmine Martem.

Desine iam tandem tristi contendere pugna,
Atq; animos cohibe: neq; enim magno Hercule viro
Victorem creptis spolijs te excedere pugna
Fata sinent: verum ista precor tam dura coerce
Arma, nec hanc nobis veniam luctando recusa.

Talibus haudquaquam dictis violentia Martis
Electitur: exuperat magis, ægrefcitq; medendo.
Ingressusq; iterum Alciden feruentior, hostem
Occisorus, & illum, atq; illius arma jacentis,
Si qua fata sinant, mox crepturus, in illum
Infiluit, telumq; manu vibrante tetendit
In clypeum, cæsi miserando funere nati
Vicisci interitum cupiens, sine vulnere telum,
Palladis armigeræ dextra auettente, repulsum est.
Icatus diva Mars auxiliante, perisse

Græcorū
more alijs
as ex alijs
comparas
iones colo
ligit.

Pallas
Mart.

Tam bene conceptum iaculum, mox obuius ensem
 Arripit, atq; iterum fertur furibundus in hostem

Mars ab Hercule in femore vulnras Amphitryoniaden. verum ille interritus omnes
 Excipit incursum: femorisq; vbi videt apertam,
 Nec rectam clypeo. confixit arundine partem:
 Ingentem clypeum, magniq; volumina scuti,

I&tu tam valido media intercidit. at ille,
 Protinus incubuit madidæ superatus arenæ.

Accurrunt Pavor atq; Metus, dominumq; iacentem
 Excipiunt, tollantq; solo, corpusq; volanti
 Mox curru impositum, fuga non mortalis equorum
 Abstulit æripedum, mediumq; per æthera vexit,
 Dum miser in summum venit dæsus Olympum.

Tum satus Alcmena socio comitante Iolao,
 Exujijs Cygni pariter, spolijsq; potiti,
 Inscendere iterum currum, Trachina petentes
 Mœnia: se Pallas dea non mortalis in astra

Ceyx Erigit, & summi petit ardua teæta Tonantis.

Cygnos Interea eæso crudeli vulnera nato
Sia fune Iusta facit Ceyx: pariterq; ea funera mœstus
Sia facti Prosequitur populus lachrymans, qui proxima seruat
 Mœnia, Myrmidores, Anthea, Arneq; & Iolcus,
 Atq; Helice, qui supremum comitanur honorem,
 Intersuntq; patris lachrymis, Iuclumq; sequuntur.
 Obruit illius tumulum populator Anaurus,,
 Hybernis austus pluvijs, niuibusq; resurgens.
 Hæc illi Arcitenens dederat mandata: quod ille,
 Munera qui Delphis Centumtaurilia Phœbo
 Annua peudebat, media spoliasset adortus
 Szpe via, & tanto Phœbum fraudasset honore.

HESIODIASCRAE I
 THEOGONIA, BONINO
 MOMBRI TIO PATRICO
 MEDOLANE NSI INTER
 P R E T E.

N CIPIAM à Musis, Heliconis, carmen, alumnis,
 Quæ iuga sacra colunt montis, spacioſaq; terga:
 Nunc fontem solitæ circum saltare nigrantem,
 Nunc Iouiam choreis anibire procacibus aram,
 Et vel Termessi, vel flūtibus Hippocrenes,
 Vel formosa tuis Holmi diuine sub vndis
 Membra lauant: summas Helicon qua verberat auras,
 Mobilibus per stagna choris, dulciq; corona
 Exultant, pedibusq; ruunt hinc inde decoris.
 Densior has operit liquidis è fontibus aēr.
 Nocte meant, pulchra nec eunt sine voce canentes
 Aethereumq; Iouem, cultæ & Iunonis in Argo
 Numinia: congesto soleis hæc vriturauro,
 Additur his Pallas, magnus cum Pallade Phœbus,
 Et quæ noctivagis gaudet Diana, sagittis.
 Teq; canunt Neptune pater qui nunciue terram
 Sæpe moues: magnamq; Themis, pulchramq; Dionen:
 Quamq; Venus nigra nimium formosa pupilla,
 Quamq; sit auratis Hebe spectata coronis.
 Nocturnis memorant Lunam, Solemq; diurnis
 Ignibus, Oceanumq; senem, Terramq; parentem.
 His subit Iapetus, nigra Nox, Latonaq; mater,
 Quæq; diem crocea defert Aurora quadriga.
 Teneq; prætereunt grauior Saturne, nec ullum
 Quem genus à cœtu scierint duxisse deorum.

T 5

Hz

Hæ prius Hesiodo, tenues dum pasceret agnos,
 Monte sacro, pulchram dederant ad catmina vocem:
 Meq; lissis primū compellauere susurris:
 Pastores studio quibus est sylvestris avena,
 Duntaxat ventres & carpi criminē digni:
 Scimus falsa loqui, non pauca simillima veris:
 Scimus vera loqui, fari cum vera velimus:
 Sic doctæ magni Musæ Iouis inclyta proles.
 Tum sceptrum legere ex lauro, ramumq; dederunt:
 Diuinamq; ambas vocem fudere per aures:
 Ut iam quæ fuerint, & scire futura valorem.
 Ergo beatorum genus est, dixere deorum:
 Seq; ipsas primū cancrem, tum si qua placebent.
 Sed quid cum sylvis agimus, vel (talia) petris?
 Principium à Musis igitur deducimus. illæ
 Laude animum patris exhilarant, pleruq; canentes.
 Quæ sunt, quæ fuerint, & quæ ventura trahantur,
 Vox concors atq; indefessa canentibus illis.
 Adde, quod aula patris solet arridere dearum
 Carminibus: resonat domus alta nivalis Olympi
 Cœlicolum domus. immortali voce sorores
 Diuorum genus extollunt, laudantq; canendo.
 Principiò quos terra dedit, cœlumq; rotundum,
 Et diuū quicunq; genus deduxit ab illis.
 Deinde Iouem memorant, hominūq; deūmq; parentem,
 Principium finiq; sui fit carminis ille:
 Sit quia maior dijs, & præstantissimus horum,
 Quid quod & humanum genus, ipsorumq; Gigantum
 Dum memorant, meatem cogunt gaudere paternam,
 Musæ Olympiades, compti Iouis ægide natæ,
 Mnemosynæ soboles, obliuio certa malorum,
 Curarumq; quies, sacræ has mater in otis
 Pieriz, magna peperit commixta Tonanti.

Mater Eleutheris præterat: cui Iuppiter, vlo.
 Haud diuūm præsente, nouem sub noctibus hæsit.
 At postquam multas annus fuit actus in horas,
 Et sua cœperunt afferre pericula mensæ,
 Ecce nouem ad numerum nocturni pignora furti
 Vno Mnemosyne peperit pulcherrima nixu,
 Læta puellari fecit. nam carmina Musæ
 Semper agunt, vacuamq; gerunt formidine mentem:
 Mentero, quæ nunc multum non distat Olympo.
 Sunt illis pulchritzq; domus, populiq; beati;
 Quas pariter Charites, Desideriumq; frequentant.
 Voce sonant læta, labijs modulantur amoenis.
 Cœlicolūm legesq; sacras, moresq; canendo,
 Fortè hilares cœlum formosa voce petebant:
 Immortale canunt, concenū terra tenidet:
 Adde pedum dulces strepitus: ibatur ad ipsum
 Namq; Iouem. summis deus is dat iura colonis:
 Ius habet & fœni tonitus, & fulminis ille,
 Vi patrem superans Saturnum. singula diuos
 Inter agens, æquè meritos discernit honores.
 Talia cœlesti cantabant arce sorores:
 Clioq; Enterpeq; iuuans, & docta Thalio,
 Melpomene, lætis & Terpsichorea choreis:
 His subeunt Erato, memoriq; Polymnia mente.
 Addimus Vranien, & quæ manet ultima: quaque
 Calliope cunctas supereminet vna Musas.
 Hæc clara sequitur reges, quibus extat honori
 Cetera Musarum concordi lege ceterua:
 Ora solet regum dulci suffundere rore.
 Quo sit, ut à linguis illorum dulcia latè
 Verba fluant, præstantq; fauis collata saporis.
 Hunc unum aspiciunt populi, quem munere donat
 Calliope: seu fas dubium, seu iudicet æquum.

Quin

Quin solet oblatas verbo requiescere lites.
 Hunc igitur voco prudentem: quod adesse bonorum
 Sæpe rei, ruito solet & punire nocentem.
 Mollibus affatur verbis, dulciq; lepore
 Vitetur, atq; suo facilem impetrat omnia nutu.
 Vtq; deo, ita: honos illi, dum permeat urbem.
 Mellitusq; pudor: micat inter deniq; cœtus.
 Qualia sunt, homini dare quæ nouere Camœnæ.
 Vos & cantores, & qui citharædus haberis,
 Munera Musarum in terris, & Apollinis estis.
 Ab Ione sunt vates felix, quem deniq; Musæ
 Observant: huius dulcis fauus exit ab ore,
 Præterea si quem lucius, lachrymæq; frequenter
 Possideant animamq; vrant mæroribus intus.
 Dentq; illi Musæ numeros, artemq; canendi,
 Præteritos veterum latè quæ promat honores,
 Cæliçolasq; : mali meminit non ille prioris,
 Quod tulerat: tantum auxilio sunt dona dearum.
 Ab Ione saluete natæ, date carmen amœnum:
 Diuorum cantate genus, qui sæcula viuunt:
 Quos genuit Tellus, & multo lumine Cœlum,
 Et nigra Nox, falsis & quos Mare pavit in vndis.
 Dicite quo diui fuerint, quo munera terra,
 Quo mare, perfectis quo condita flumina ripis,
 Alteraq; cum radijs, & latus desuper orbis:
 Quiq; ex his diui fuerint, rerumq; datores.
 Quis diuis & opes, & quis diuisit honores,
 Vnde vel his olim sublimis cessit Olympus.
 Dum licet. ista mihi coeli narrare colonæ,
 Et mundo quæcumq; prius sint edita rerum.

Principio confusa Chaos, sine imagine moles
 Exitit, hinc vacuis Tellus apparuit aruis.
 Nam prius ipsorum pavimentum facta deorum est,

Quod

Quondam qui cœlo sedes habuere supremo!
 Tartara deinceps vna sunt visa deliscere terra.
 Et mox pulcher Amor surgit, mediusque deorum
 Cenatur. hic illas forma supereminet omnes.
 Membra deus latè soluit diuinaque; virumque.
 Consilium, atque ipsam dominat sub pectore mentem.
 Deque Chao, luens Erebos, Noxque; atra resonant.
 Aethera Nox, ipsumque, Diem misisse putatur:
 Quos Echo coniunx peperit lasciva marito.
 Tum quoque; sidereum Tellus grauis edidit orbem,
 Par sibi pre cunctis Cœlum quo tegmen haberet,
 Magnorum & fieret pavimentum sola decorum,
 Hinc montes, gratasque; tulit conuallis imis
 Radices, Nymphæ sedes ubi sepe tenetis.
 Quid mate non dominum memorem, sanguinemque; procellis,
 Aspersumque; metu? querit hoc quoque; pignore Tellus.
 Nec mora, concubuit Cœlo: bis tenua repente
 Scipio oritur. tumidis magnis prius emicat undis
 Oceanus, subit Iapetus: nec desuit ingens
 Cœus, cumque; ipso satus est Hyperione Creon:
 Nataque; Mnemosyne, Themis, & Rhea, pulchraq; Tethys,
 Quique; micas fert Phœbe spectabilis auteo:
 Ortaque Thea grauis. demum Saturnus: is arma
 Consiliumque gerit tacido sub pectore vastrum.
 Omnibus hic grauior natis: tenerumque; parentem
 Carpit, & hunc multa folet incusare querela.
 Addidit his animo Cyclops Terra superbo,
 Cum Bronte Asteropem, nec viuidus abfuit Arges,
 His fulmen cudebat Iovi, tonitrumque; dedere:
 Cetera sunt diuis similes micat unus in ipsa
 Fronte oculus, curvusque; aurum sedet inter utramque;
 Id Cyclops, quod eis stat pro cognomine, monstrat,
 Nomine regi putes notos. fuit horrida visus

Effigies

Effigies, & erat monstrosi luminis instar:
 Omnis ab assiduo vis est infrausta labore,
 Verum alios Tellus Cœlumq; circumit alumnos:
 Tres iij sunt numero, multo stat nomine fama.
 Cum Gygi Briareum numerant, Cottumq; superba
 Pignora: Tiranas his Iuppiter usus in hostes.
 Quinquaginta comas quiuis, centumq; lacertos
 Gestat in accessos: audet contingere nemo,
 Vis ingens, magni quam corporis æquat imago.
 Hi sunt quos cœlum, materq; atq; illius uxor
 Terra, fatos genuere, malis grauioribus omnes
 Viceunt, nitidumq; infestauere parentem
 Principio: verum serie descendantibus illis
 Sub Sryge dambatos, iunæq; voragine terræ
 Occuluit. Cœlum patrem mala tanta iuuabant.
 Ipsa graues dederat gemitus sub pectore Terra,
 Atq; dolos animo nimium concepit iniquos.
 Tum niueum fabricans adamanta, sagacior arma
 Molitur, curvamq; vocat cognomine falcem.
 Iamq; suicoram steterant ex ordine nati,
 Talia cum irato tandem sermone profatur:
 Pignora, si matris misera, sauiq; parentis,
 Si mea sint animo, dulcissima pignora, vobis
 Verba, pater poenas operis dabit atrè patrati.
 Scilicet inuentor primus fuit ille malorum.
 Talia dum loquitur, natos tremor incutit omnes
 Nil verbi: labijs cohibent nam verba sub imis.
 Haud mota, Satyrus grauior, fidensquæ iuventa,
 Surgit, & hac caram compellat voce parentem:
 Hoc opus, ò mater, manibus peragetur ab istis.
 Pollicor: neq; enim me iam patris villa tenebit
 Cura, quod inuentor primus fuit ille malorum.
 Dixerat. ipsa animo retinet vix gaudia mater,

Rem

Remq; hanc non vlli credit. sedet ergo , tacetq;. Quid moror? infandam Saturno tradidit harpen, Instruxitq; dolis. Cœlum dehinc attulit umbram Noctis, vt ingratis peteret cum coniuge somnos. Iamq; procax audis nimium distenditur vlnis: Iusidijs puer excedit , gladioq; timendus Seuit & in coleos vibrauit tela paternos: Tergaq; postq; (neq; enim frustra) proiecerat illos. Namq; quod exierant fœcundo sanguine guttæ, Terra tot ebibit: hinc longus sibi vertitur annus, Exmox Tartareæ coram cernuntur Erynnes. Hoc iudicisq; graues sonuere Gigantes in armis. Hinc & quas Melias vocitant , fit origo deabus. At ubi cœsa patris adamante virilia Cœli, Acquoreasq; ea Saturnus proiecit in vndas, Iamque diu frustra pelago sunt visa natare, Candentes circum spumæ , quibus inclita tandem Virgo oritur, primumq; sacris natat orta Cytheris, Nuctibus argutam petit hinc Venus aurea Cypron. Plutinus oris honos illi , Facieque verenda Ambulat, & teneris vestigia sumit ab herbis. Hanc homines, varioquè vocant cognomine diu, Hunc Aphrodite , nunc ea dicitur Aphrogeuia: Quòd prius à spuma illi tradatur origo. Quòd sata sit Cypri, dea Cyrogenia vocatur. Hanc quoq; sæpe leges Cytheream . causa putatur Illa, quòd admotis prius appulit orta Cytheris. Sunt & qui diuam meritò Philomedea dicant, Quòd dea testiculis quondam sit nata marinis. Sæpe locus matricem comes it, cœcusq; Cupido. Illa deos coram. Maiestatemq; salutat: Is fuit in primis honor illi. deniq; sortem — Dicitur hæc hominum medio fortita, deumq;

Virgil.

Virgineos ea sermones , risusq; dolosq;;
 Fert & amicitiam, nec delectatio longè
 Cernitur: assiduos apud hanc dulcedinis usus
 Inuenies , & nec sine mansuetudine vivit.
 At sua Titanas Cælum cognomine dixit
 Pignora , pignoribus crebro dum litigat ipsis,
 Quicquid agant: vocat intentos ad pessima semper,
 Crimine pro tanto poenam sibi iure daturos.
 Nox quoq; inox Sortem peperit , Parcamq; nigrantem,
 Et Mortem : nec vos partu puto Probra reliquit.
 Nec mora , cum somnis Insomnia parturit: atq;
 Qui culpas hominum carpit, delictaq; Momon:
 Et quas Hesperidas vocitant, quibus aurea cura
 Mala per Oceani ripas, hortosq; fuerunt.
 Et vos Fata parens inuicto pectori semper
 Gignit, & æternas immitia numina Parcas:
 Clothoq; & Lachesis , surdas & quæ gerit aures
 Atropoñ. hæ bona sunt, & pessima tradere dictæ.
 Eirotæ hominum obseruant, culpasq; deorum:
 Nec locus insidijs quas hæ posuere , quiescit,
 Donec in expositos poenæ reus incidat vincos.
 Filiaq; obscuræ fuit Indignatio Nocti,
 Nulla viris grauior pestis magis obfuit vñquam.
 Hinc & Amicitiam peperit, Fraudemq; latenter,
 Atq; Senectutem canis adit ista capillis.
 Ultima pignoribus tumido Lis additur ore.
 Filius huic Labor est, modicaq; Oblivio mente,
 Debilibusq; Fatnes membris , vacuoq; palato.
 Adde graues lachrymis & tristi corde Dolores,
 Praeliaq; , & Pugnas, & multo sanguine Cædes.
 Quid quòd & hanc vocitant caram Mendacia matrem?
 Ambages , multaq; gravis Victoria præda:
 Læsioq; , & veris Infamia nota cachinnis,

Plus

Plus alijs geminx sibi confuerere vicissim.
 Quin & præfectum genuit iurantibus Hórcum,
 Officit is, falsæ cum sunt perivira linguae:
 Nerea sincerum Pontus, verboq; scueum,
 Progenuit: natis senior solet ille vocari.
 Grandium pleriq; vocant: quòd nullus in illo
 Si dolus, & culpa vitam non inficit villa:
 Quòd sit mansuetus, quòd fas, quòd iura sequatur,
 Consilij quòd sit mitis, largitor & æqui.
 Teq; creat Thaumas Pontus, Phorcumq; superbum.
 Coniunx terra fuit. tulit hac quoq; coniuge natas
 Ille duas. pulchra te Cete fronte priorem:
 Eurybien, cui mens adamantina facta, secundam.
 Postò coma laudata nimis pulcherrima Doris
 (Edidit hanc pater Oceanus sub finibus orbis)
 Virgo seni nupsit Nerci. torus, æquoris vnda,
 Gratus. in hoc Nymphæ natæ dicuntur aquosæ:
 Eucrato, Thetis, & Proto, Spioq;, Saoq;;
 ludore, Glauceq; procax, hilarisq; Galene,
 Doro, Dynamiene, niueis Eunica lacertis,
 Cymothoe. Thalic: quibus addimus Amphitriten,
 Psithcen, Meliten, formosoq; ore Pherusam,
 Protoq;, & multos Erato quæ cæpit amando:
 Eohimeneu posthac, & quam miramur Agauen,
 Dorida Nesæen: nec te Galathea reliquit,
 Candidiorq; comas, faciemq; simillima laeti,
 Protomedea subit, Panopeq; Aeteaq; virgo:
 Gignitur Hippothoe formosior, Hipponeoq;:
 Cymodoce, motas pelago quæ temperat vndas,
 Ventorumq; ipsos facili premit ore tumores.
 His Amphitriten. vlnas quæ rore madescit.
 Gignit & Euagoren, & tutam Pontopoream.
 Lyriafla subit: nec deerant, Laomedia,

Eione, Cymo, pulchra; Halimeda coronat;
 Nec te Glauconome, facilis latissima risu:
 Nec te Liagore, nec te Pronoea tacemus:
 Nomen & à multis quæ legibus accipit una,
 Polynomen peperit, subit has Europa sorores.
 Aspicias, nihil est quod iure reprendere possis,
 Aemula naturæ est studijs, & amabilis æquis:
 Egregiam pariter Piamathen, diuamq; Menippen,
 Autuomen Nesoq; parit iustamq; Themitten.
 Addidit Eupompen: & quæ gerit una parentis
 Aeterni mentem, sociæ Nemertea dicunt.
 Fallor? an hæ ouero decies sunt quinq; sorores?
 Oceano posthac præstanti corpore natam
 Duxerat Electram Thaumas. his nascitur Iris,
 Harpyæq; comis pulchræ, fœdæq; rapina.
 It prior Ocypete. post hanc infamis Aello:
 Scilicet hæ ventis præstant, aubusq; volatu,
 Tempore proq; suo clamoribus aëra turbant.
 At Cetonis atrox petijt connubia Phœbus.
 Annoverat soror, & fratri commixta marito est.
 Formosæ nascuntur anus, canæquæ capillos,
 Comptaquæ Pephtedo vestes, & tristis Enyo.
 Gorgones adduntur: qua soles Hesperus abdit.
 Oceanum propter campos habuere feraces.
 Dulcibus Hesprides sunt illic vocibus usq;:
 Euryale, Stenoque potens, multisquæ Medusa
 Nota malis: mortem sola est hæc palsa sororum.
 Ius alijs nec mors, nec curua senecta duabus.
 Dixit ad uxorem maius Neptune Medusam:
 Pro thalamo stat aquosus ager, pro candida Icto
 Stat rosa, stant violæ, cuncti stant deniq; flores.
 Lilius postquam Perseus caput abstulit, id quæ
 Victorem misera potuit fecisse puellæ.

Horre-

Horrendus Chrysaor, subitis & Pegasus alis
 Exiunt equus Oceani sub fontibus ortus
 Dicitur: est quoniam fons dictus ab helline Pege,
 Alter ab aurato, manibus quem fulminat, ense,
 Fit Chrysaor: sonat ensis Aor, sonat & Chrysos aurum,
 Pegasus astriferum tandem petit a liger orbem,
 Incola, perq; deos & magni tecta Tonantis
 Attulerat tonitrumq; Ioui fulgurq; coruscum.
 Edidit at Chrysaor sibi Geryonea trisaucem,
 Ante suas illum vis Herculana iuencias
 Perdidit, atq; animam clava deponere iussit.
 Senserat ereptum infelix Erythea tyrannum,
 Ditariq; sua doluit Tyrintha rapina:
 Cæsus & Euiyton, stabulis atq; Orthus opacis.
 Deq; illa est ingens atq; insuperabile monstrum
 Progenitum, nulliq; Deum, nulliq; vitorum
 Par erat, aspectu gravius: cui nomen Echidnæ.
 Pars prior egregiam forma præstante puellam,
 Ultima terribilem sœnumq; professâ draconem est,
 Cruda nimis spelæa colit, varioq; colore
 Cernitur, atq; cauas habitat sœuissima petras.
 Huic sedes olim à cœlo terraq; remotas
 Concessere dei. iacet immortalis Echidna
 Antra per, æternam solet & duxisse iuuentam.
 Scilicet huic sœnum coiisse Typhaona dicunt,
 Infandoq; procax vento commixta puella est.
 Hæc quoq; Geryonea virum sibi duxit habendum,
 Dum coeunt, infanda canem fœtura priorem
 Edidit. Orthus is est. oritur, sed acerbior alter,
 Cerberus: horrendos aperit sœuosq; latratus,
 Quinquaginta quatit diris v'lutibus ora.
 Ferrea vox, acerq; nimis stat, & absq; pudore.
 Lemnam peperit, post hac immanior Hydram:

V

Hercu-

Herculeus laborilla fuit, magniç; decoris
 Nomina. Iunonis contra nihil obfuit ira.
 Hanc ea nutrierat pestem. comes Herculis ibas
 Ad nova vitales Iolae pericula mortes.
 Consilijs doctæ tandem rati illa Minervæ.
 Hydra grauem vastamq; nimis genuisse Chimæram
 Dicitur: illa leues velocior anteit auras,
 Acribus aspirat flammis, multaq; fauilla
 Aestuat, & rapidos de naribus euomit ignes.
 Haic caput est triplex monstro pars prima iconem
 Monstrat, habet medium serpens, stat fine chimæra,
 Pegasus hanc magno rapuit sub consule tandem.
 Bellerophonteos quis non audierit ausus?
 Heu cadmi domus infelix: conpobia sanxit
 Orthrus, aruatri ci genuit qui Sphinga Chimæra:
 Heu monstrum crudelè tibi congressa marito
 Est iterum ipsa Chimæra, Neoneæsumq; leonem
 Edidit: o quantam pestem. dea scilicet illum
 Nutriit, inq; vmbbris impegit Iuno Nemæis.
 Sanguine frondosa multo regnabat in aula.
 Quid moror? Herculez fuit is quoq; gloria clauæ.
 Rufus in amplexus Phorcum notissima Ceto
 Excipit: hinc iogens multis & onustior armis
 Fit serpens. latebrosa colit, cæcasq; cauernas,
 Malaq; non villa seruat vigil aurea somno
 Semina Cetonis cecini, Phorciq; superbi,
 Fluminaq; Oceano peperisse puerpera Thetys
 Dicitur: Eridanus altis hinc enatat vndis,
 Nilus, & Alpheus, pulchrisq; meatibus Ister.
 Strymonaç; & Rhesum genuit, Misumq; Caycum,
 Maeandrumq; vagis anfractibus Heptaporumq;
 Nascitur & Rhodius, magnoq; superbis Eeta
 Phasis, & aurata qñ labitur Hermus arcna,

Quiq;

Quiq; habet argento similes Acheloius vndas.
 Edidit & Neffum, pronoq; Haliaemona lapsu
 Graniconq; simul peperit, Phrygiumq; Simunta.
 Additur Aesopus, nigro natat ille fluento.
 Et qui tabificum pūrus non accipit amnem,
 Pencus, socioq; negat cum gurgite tingi.
 Sangarium Tethys, Ladonaq; Partheniumq;
 Euenum. Ardescumq; parit, diuumq; Scamandrum.
 His cu: formosas mater pulcherrima nymphas
 Est enixa. virūm genus hæ, Stirpemq; puellæ
 Cum flubis sibi semper alunt, & Apolline rege:
 Ab Ioue naturam naçtæ dicuntur eandem,
 Pitheq; Admetenq; parens, & Prymnona Tethys
 Edidit. Vranie specie subit æmula diuos.
 Elektron tulit, & Clymenen, Zexoq;, Thoenq;
 Te quoq; Callitroe: leuior nec defuit Hippo.
 Pasithoen, Aiemq; parit, malisq; Rhodeam
 Leyibus: has Pluto sequitur formosa sorores.
 Plexaure deinceps, Polydoraq; Melobosisq;
 Atq; Galaxaure, facieq; Petrea decora.
 Metis, & Eurynome, Flavis & Xanta capillis.
 Addidit Europen, croceoq; Telesthoa peplo:
 Quas Ianira procax sequitur, pulchroq; Dionæ
 Pectore, cumq; Tyche pulchram Cerceida vinxit.
 Quid quod & Eudore, niueis & Acasta lacertis,
 Nascuntur? Perseis adest, & prompta Meneltho:
 Gignit & Idyam: quibus Amphito, Ocyroamq;
 Invxit: Ianthæi nec gratia defuit oris.
 At neq; præterijt Clytem, dulcemue Calypso:
 Et Crescis adest, & cum Crescide Doris.
 Ultima Styx oritur: cunctis Styx præstitit vnoz.
 Omnibus Oceanus senior, grandzuaq; Tetys,
 Auctores. patris chorus hic excellit homore.

Dehinc alias pater Oceanus, venerandaq; coniuncta
 Ediderant : numero. tribus extant millibus illæ,
 Vestigantq; solam, pressisq; paludibus errant.
 Totq; alia Oceano sunt edita flumina , terras
 Quæq; rigant & quæ Tethyn dixerat parentem:
 Omnibus his , neq; enim poterit sua reddere quisquam
 Nomina sed quicunq; suo nascatur in orbe
 Nouit, & ignotos alijs sibi nominat amnes.
 Magnum præterea Solem, Lunamq; vagantem,
 Thea , nimis caros peperit Hyperione natos.
 Tertia fit soboles croceis Aurora quadrigis
 Quæ micat. atq; diem cœlo terraq; ministrat,
 Haud secus Eurybiaz peperit tria pignora Crio,
 Maiorem Astræum natu , Pallante minorem,
 Ultima sortitur partus vestigia Perses,
 Primus erat tamen ingenio , pinguiq; Minerua,
 Inter mortales multo præstantior omnes.
 Adde quod indomitos Eo a puerpera ventos
 Mixta Deo, nostrum diffuderat usq; per orbem,
 Argestem Boreamq; grauem : Notus additur illis,
 Quiq; nouas Zephyrus flando leve parturit herbas:
 Lucida dein tremulis produxit sidera flammis.
 Quæ data sunt Cœlo pro lumine, fungitur illis,
 Proq; caput merita sole , insignire corona.
 Tum demum multa Styx attra libidine mota est.
 Nupserat , eq; viro natos Pallante creavit.
 Aemulus hinc oritur Zelus , Contentio fratri
 Addita : formosis solet hæc incedere furis.
 Et quæ sublimi Iouis assidere cathedræ,
 Nomine dicta viris Vis prima , Potentia dicta est
 Altera regali comes utraq; facta Tonanti.
 His sine non callem, non villam Iuppiter aulam,
 Non vybes summum non his sine permeat orbem,

Ab Ioue

Ab Ioue. Styx gratis hoc impetrasset potatur,
 Cœlicolas vna coram cum cogeret ille:
 Indixitq; graues pugnas, premiumq; laboris
 Obtulit, auxilio Tuænes si quis in hostes
 Iter, & inuasum Iouis instauraret honorem,
 Præmia nedium (inquit) quisquam fascesue priores,
 Sub patre Sæcurno quibus est is functus abunde,
 Non perdet. verum q; em non genitoris habebunt
 Munera, fœcundis ego donem facibus illum?
 Coſilio primum cari Styx mota parentis,
 Duxit opem, & trepidocum natis affuit orbi.
 Quid tantis igitur meritis par redderet ille,
 Pensabat. tacitam subit hæc sententia mentem,
 Per Styga cœlestes iacent, nec fallere quisquam
 Audeat. at duo vos. Vis atq; Potentia, mecum
 Vincite. sic fatuus, diuis impertit honores
 Omnibus. ipse sua regnat sublimis in aula.
 Nubit amatori Phœbi pulcherrima Cœlo:
 E quibus exoritur pignus mitabile tædiss;
 Gratiior in primis medio Latona deorum
 Visa fuit, cœrusq; virum nil dulcius illa.
 Quinetiam Aſteſien Persi genuere maritam.
 Nascitur ex istis Hecate, præclara duobus
 Muneribus, multoq; palam Iouis errat honore.
 Namq; ea ius terræ, superi fortitudo & orbis:
 Subq; eius vastum cohibet ditione profundum:
 Perq; Deum superas graditur spectabilis ædes:
 Hanc quoq; mortales votis venerantur opimis
 Sacra deæ læti faciunt, Hecatenq; vocantes
 Quæ sit maiestas, eiusq; potentia monstrant.
 Illa preces & vota libens assumit, & illis
 Carpere fœcundas dat opes, & honoribus yti.
 Ergo mortales inter, cœliq; colonos,

Cupitorum decus & partem sortita bonorum est.

Ab Iove vis illi non fit. quoscunq; recepit,

Munera cum vobis olim diuisa darentur

Titanes, ni fallor, adhuc ea seruat honores.

Néoe quòd Asteriæ proles fuit vnica tantum,

Concessos olim fasces depulsa reliquit.

Arbitrio micat illa potens: nimis utilis illa

Consilijs, & quem cœtu vult præficit omni.

Stant acies, strictoq; micant densa agmina ferro:

Nemo tamen vñctor, nisi cui fauet illa, recidit.

Regibus assidet, atq; illis dat regna tueri,

Iusticia. quòd si pugiles in agone frequentes

Emincent, multoq; petant sudore coronam,

Hæc dabit ad nutum 'vires', palmamq; vocata.

An memorem, quid equum præstet domitoribus, atq;

His qui cætuleum tumidis mare nauibus errant?

Illi sæpe preces Hecatæ, plerunq; potenti

Neptuno sudere: colunt hæc numina nautæ.

Hac dace, sæpe redit præda venator opima.

Sæpe dolet longo'cum illuſerit illa labori.

Quid quòd Mercurio comes it, stabulisq; capellas,

Armentumq; ferax & oves augere putantur?

Ex modico multum, ex multo facit illa pusillum.

Sic ea, sit tantum proles licet una parenti,

Ingenti diuos inter tamen extat honore.

Iuppiter huic homines etiam concessit alendos,

Degere qui vitam possiat, lucemq; tueri.

Scilicet his Hecate narratur honoribus vfa.

At Rhea Saturno numero sex inclyta partu

Pignora contulerat, Vestam Cereremq; feracem,

His subit auratis Iuno pulcherrima plantis,

Et tu qui Stygias colis improbe Pluto paludes,

Quiq; maris geris imperium Neptune profundi.

Addit.

Addidit illa Iouem, diuīmq; hominumq; parentem,
 Fulminibus terram crebrò qui oppugnat acutis.
 Horum crudelis pater vnumquemq; vorabat
 Nascendo, patrium ne post quis obiret honorem.
 Ilinanq; prius cœlum Tellusq; parentes,
 Prædixere, suo quòd erat fatale domari
 Pignore Saturnum: licet is fortissimus esset.

Hoc ideo metuens, sœvit nascentibus ore
 Pignoribus, miseras mater dabat ægra querelas.
 Propterea Rhea fulmineum paritura Tonantem,
 Dicitur his charos tandem implorasse parentes:
 Consilio miseræ precor en succurrite natæ.
 Dicite, præsentem fœtum quòd tutæ locorum
 Enitar, quæ pœna patris sit habenda furori:
 Quòd partus vorat ille meos. mouere pro usæ
 Hæ Cœlum Terramq; preces iustæq; querelæ.
 Ergo Rheæ, quæ sint patriq; Iouiq; futura
 Ostendunt, & quid sit eis fatale duobus.
 Quid moror: hæc Lyctum Crætæ defertur opimam,
 Armatum paritura Iouem. misere parentes:
 Ut peperit natum, sibi terra recepit alendum.
 Nox erat, atq; omni Cœlum tum luce carebat,
 Cum Lyctum peteret nato Ioue mater & illum,
 Haud secura, cauo furtim coptexit in antro.
 Monte sub Idæo sylvis latet ille profundis.
 Iamq; audius fauces aperit Saturnus, vt ipsum
 Ote recens natum queat inglutire Tonantem.
 Stabat fortè silex: silicem Rhea cepit, & illam
 Pro Ioue Saturno posuit festina vorandam.
 Hanc miser inglutit Genitor, ventriq; recondit:
 Ignarus, post terga Iouem pro caute manere,
 Inuictuæ, mœstiæq; nihil præ fronte getentem:
 Cui citò debebant sœvi delicta parentis

Cedere, quem regno seruabant fata paterno.
 Nec mora, formosa concreuit imagine natus.
 Viſ aderat, qualisq; decet præstantia regem,
 Interea lapsum rufus Sol induit annum:
 Saturnus, moſitu cui iam frustrata parentis
 Mens erat, atq; dolis potuit succumbere natū,
 State Iouem liquit natum: Terraq; procumbens
 Ora quatit, quasso lapis ultimus exit ab ore.
 Iuppiter hunc capit, inq; sacra Pythonē manere
 Iussit. illa cavo Parnaso mœnia quondam
 Extulerat: lapis in signum memorabile cessit,
 Gentibus ut fieret res admiranda futuris.
 Tum demum patruos à Cœli oexibus vtrò
 Soluit. agunt dignas tanto pro munere grates:
 Atq; Ioui tonitrum dederant, fulmenq; trisulcum,
 Et fulgur terram prius id defodit in altam
 Iuppiter. his fretus telis, toto imperat orbi.
 Duxit ad Iupiterum Clymene formosa maritum:
 Oceanogenus hic sibi caput ab æquore Nympha.
 Bis duo progenuit natos: Atlanta priorem
 Edidit elato fuit ore Menœtius alter.
 Consilio sequitur vario curvoq; Prometheus,
 Et quem non recta dicunt Epimethea mente.
 Nam prior invenit hominem laſſe putatur,
 A Ioue plasmata quod abegerat ille puellam.
 Fecit at ardenti strauisse Menœtion igni
 Iuppiter, & Stygijs misericordiā damnasse sepulchris,
 Quid malus, atq; animos tumefecerat ille superbos.
 Maximus Hesperidum iuxta confederat Atlas
 Prædia. qua Oceano iungit confinia tellus:
 Infractis humeris cœlum (mirabile visu)
 Sustinet, & nullo deflectit pondere collum,
 Iuppiter hanc fortē dedit illi. porrò Prometheus

Funibus

Funibus ingenti fertur strinxisse columnæ.
 Fœcundo (an memorem?) quod in epate sederit ales
 Semper, & excretam nunquam satur accipit escam?
 Namq; dies quod ei absumit, nox sufficit vltro.
 Vedit autem fatus Alcmena, visamq; peremit.
 Invito neq; enim volucrem Ioue perdidit. atqui
 Plus solito pater Herculeæ conducere laudi
 Censuit. & quanquam grauis ille Prometheus triuit,
 Quod sibi consilijs olim contendit iniquis:
 Abstulit immisus studio tamen Herculis iras.
 Iudicium diuis fuit & mortalibus olim
 Meconæ: socium venisse Prometheus dicunt
 Ante Iouem, fertur sectum posuisse iuuencum.
 Fraude bouem secuit: carnes & viscera lectam.
 Is sibi constituit præpingui sumine partem:
 Ventre bouis gracili precciosa cibaria texit,
 Tergoreq; inclusit fœdo. mox alba secundo
 Ossa loco dedit, & molli pinguedine sepfit.
 Hæc hominum diuūm q; parens dum mente videret
 Impetionide qui mentis acumine præstas,
 Qua tibi fraude nimis partem lasciue parasti?
 Dixit: at è contra Jeue subridendo Prometheus
 (Nancq; fraudis erat cæptæ immemor) ista profatur:
 Stat gemitæ coram pater optime maxime sortes:
 Elige, si qua tuæ pars est gratissima menti.
 Dixerat ista dolis. vt Iuppiter omnia cernens,
 Hæc nouit. neq; enim latuit dolus improbus illum.
 Quid faciat? mox ille viris graue lumina torqueas,
 Plurima quæ possent animo liberabat obesse.
 Hoc adipem ille manu cadentem sumit vtraq;
 Excudit exta furor, vultuq; impingitur ira,
 Alba quod exertis conspexit fraudibus ossa.
 Quæ sit ut illa viri sacras adolere per aras

Affueti

Affueti. veteris imitentur originis usum.
 Tum demum iratus celi cui numina parent.
 Iapetionide, qui præstas omnibus (inquit)
Consilio, cœptas neq; enim finis improbe fraudes.
 Talia turbato mittebat Iuppiter ore.
 Proinde dolimemor, abdiderat mortalibus ignem.
 Id satos Iapeto sensit, ferulaq; fauillas
 Inijciens, tepidos terris clam detulit ignes.
 Tanta Iouem medio sub pectorc cura momordit:
 Affecitq; graui, neq; enim mediocriter ira.
 Pro raptis igitur flammis mortalibus ingens
 Addidit ille malum. Vulcano namq; pudicæ
 Iussit ut è terra formaret plasma puellæ
 Iulta facit deus, ambiguo qui crure laborat.
 Compit eam multo Pallas tum cæsia culta:
 Donauit zona, nec abest argentea vestis.
 Ipsa tenui dea palliolum, mirabile visu,
 Explicat. inq; humeros à fronte reflectit eburnos:
 Fertur & hanc tenera quos vngue reuulsit ab herba
 Floribus, aurataq; caput redemisse corona.
 Lemnius hauc docta deus insignuerat arte:
 Iaq; illa longosq; dies, multumq; laborem
 Impendit: placuisse Ioui sic ille putatur:
 Sculptilibus pinxit varijs, & imagine multa.
 Nam quæcumq; mari, quæcumq; animantia terris
 Apparent, in ea viouunt. micat indita latè
 Gratia: neu tantum pictas motare figuræ
 Membra, sed hæs veris affirmes vocibus vti.
 Ut pulchrum nax ille malum (vice natuq; bonorum
 Fecerat) hanc oculis hominum diuiniq; patere
 Exhibit: allatis ea deinde superior ibat
 Muneribus, largaq; nimis gaudere Minerva.
 Astantes stupor inuasit mortalibus inde

Quod

Quod grauior fraus est & incxpugnabilis orta.
 Fæmineum genus hinc ortum, sexusq; præterui
 Progenies effecta, viros quæ lædere nata est.
 Hos puto qui rebus non consulvere, sed omni
 Tempore cum fatis libito sunt ventris abusi,
 Quale fauis examen apum dulciq; liquore
 Cernimus, infames haud raro pascere fucos.
 Perthyma manæ volant, & piæta per arua tecenti
 Sole vagæ, cerasq; legunt & dulcia mella.
 Prado latet, cutuoq; vorax sub vimine viuit,
 In suaq; abdit edax alienos exta labores:
 Talis in humanis prius ab Iove fœmina rebus
 Est data flagitijs hominem quæ lædat iniquis.
 Altera mortales est visa lacessere pestis.
 Nam qui coniugium spernit, nomencq; mariti
 Triste fugit, nescitq; tori parere querelis:
 Hic altore licet carcat, multaq; senecta
 Et grauis, & prona prospectet fronte sepulchrum,
 Indiget haud victu viuens, solitaq; diæta.
 At postquam vita excessit, pro quanta relietas
 Turba sit inter opes? Latas pars vna nouales
 Diuidit, inventum pars altera ditipit aurum.
 At cui ducta fuit multa virtute marita,
 Sit cara & prudens, sit & integra moribus illa,
 Aequabontemores secum mala nata probatos.
 Iofelix, sed si fuerit, cui fœmina nequam
 Nupserit o quantæ viuent in pectore curæ:
 Quod sit ei nulla morbus medicabilis arte.
 Sic animum transire Iouis, mentemq; latere
 Non datur. hoc in se probat haud impunè Prometheus
 Molitorum licet is prudens, rerumq; peritus
 Esset, erant tamen hunc quæ lædere vincula possent
 Quin & Briarei fastum, Cottiq; Gygisq;

Vranus

Vranus ut vidit pater, admiratus eorum
 Corporis ingentem molem, spacio saq; membris,
 Sicut erat, vasta terræ furiatus abyssu
 Iecit, & Infernas (ait) en habitate tenebras-
 Hic dolor æternus lugentibus, hic erit horror.
 Iuppiter haud multis post hæc labentibus annis
 Quosq; dei Rhea Saturno conceperat atrum
 Voanimes adeunt Erebum, clausosq; Gygantes
 Exoluunt, vasti valvae sonuete barathri,
 Consilijs autem tursus Telluris in almu
 Appare diem: caros nam Terra nepotes
 Cum tribus his docuit, palmas ex hoste futuras.
 Nec mora, bellum oritur patruis Titanibus ingens
 Cum Ioue, multa Iouem fratum tutela leuabat,
 Quiq; recens Stygias Erebi lique catenas.
 Pars ea de summo librabat spicula cœlo.
 Tela suis dedit editior Titanibus Othrys.
 Inq; Iouem & fratres vibratas fortiter hastas
 Projiciunt, pulsantq; polum: tremit ille cadenti
 Penè par, arma dei trepidant, trepidantibus armis
 Porrigit, inq; suos graue Iuppiter excitat hostes.
 Tanta fuit belli fitis, & Mauortius ardor.
 Ut plusquam denos produceret arma per annos
 Ambrosiam interea socijs apponit in escam,
 Nectariosq; palam calices, quibus illicet haustis,
 Iucundus subiit non pauca elatio diuos.
 Vidi & inde inquit diuum pater atq; hominum rex
 Vos δ, Terra vocat Cœlo quos coniuge natos,
 Iampridem bello multos absumpsimus annos,
 Specantes decus & palmam virtute parate.
 Hinc nos inde nocens non parvus viribus hostis.
 Eia agite, inqui dasq; manus viresq; potenti
 Pandite nunc animo, atq; Othrym expugnate superbium.
Haud

Haud certe immemores Iove, quod ductore soluti
 Venistis, nostro Stygiam superactis abissum
 Consilio, nexusq; graues, tui pesq; tenebras.
 Hec ait a quo respondit pectore Cottus:
 Summe parens, nobis haud ignorata profaris.
 Nam neq; nos sensu, neq; nos ratione caretus,
 Scimus enim quod sis diuīm tutela, paterq;
 Qui Stygios coluere sūus, infernaq; regna.
 Adsumus en reduces misero de carcere, passi
 O hominum diuīm p; parens, indigna relatu.
 Sed quid pro tantis meritis reddimus? in arma
 Irat iuuat, belloq; tuas defendere parteis.
 Firmior hæc nobis mens est, certumq; sub alto
 Pectore consilium. dicentem talia Cottum,
 Ore auido exhaustere dei. Mars ergo calere
 Incipit, & multo bellum clamore vocari.
 Una dij; deæq; vocant, quos maximus olim
 Saturnus natos Rhea pariente creauit.
 Vidiſſes & quos gelido diffoluit ab O:co
 Iuppiter, & nostrum traxit miseratus in orbem,
 Instantis studio latè gestire duelli.
 Marte graues hilarant, vastis & viribus arma
 Expediunt, centumq; manus & brachia centum
 Quisque gerit, caput ex humeris fœcundius agmen
 Funditur: in ramos ea quinquaginta ſcantur.
 Et iam dira cohors Titanibus obvia passim,
 Rupibus excisis saxosa volumina torquet.
 Titanum contrà per agros. fulgere phalanges,
 Viribus ingentes, & ad omni bellica promptæ,
 Curritur: inq; vicem mixtum grave fluctuat agmen.
 Clamatur: tunsum reboat clamoribus æquor.
 Horruerat Tellus, pulsus suspiria Cœlum
 Edidit, & lachrymis fleuisse putatur obortis.

Tantus

Tantus erat diuām fragor, ut contusus Olympus
 Nutaret, crepitumq; graui concideret axis.
 Ipsa nouos sensere pedum stupefacta fragores
 Tartara, terribilis metu fuit vndiq; clamor
 Pugnantum, & si qui vertissent terga sequentum.
 Interea mixtis vicibus dum tela volarent,
 Aureaque immanis stridor contunderet astra.
 Ipse deūm pater haud vltra cohibere furem
 Nouit, at irata iamdudum mente coactas
 Ostentat vires: rapidos de nubibus ignes
 Spargit & à summo flamas intorquet Olympo.
 Fulgor ei volitant crines, & fulgere peius
 Fulmen: ab horrifoniis erumpunt nubibus ambo.
 Infremuit passim sparsis ambusta fauillis
 Terra nec arboreis sylvis sacra flamma pepercit.
 Pontus, & horriendis effebuit æstibus ingens
 Oceanus: vapor aduersos defauit in hostes.
Quia lux aërium cœlo tenus attigit orbem,
 Titanumq; oculis immersit clara tenebras:
Nelie sacro color est visus splendore carere.
 Haud secus hæc oculis vidisset, & aucte patentí
 Hauiisset, spectator ibi si fortè fuisset,
Quam si terra graui crepitum mundusq; coireat,
 Terraq; per partes flucret, mundusq; dehiscens
 Cedet, & multa conuolueret astra ruina.
 Horruerant fremitu venti, lateq; coactos
 Pulueris attollunt montes, tonat vndiq; cœlum:
Arma Iouis nec fulgur abest, nec ab æthere fulmen.
 Perquæ graues volitant, validique per agmina venti.
 Fit fragor: heu quanta crebrescunt numina lita?
Quantum quisque manu potuit, monstraucrat hostis:
 Nec prius abstinuit bello, quam flectere cœpit
 Yna per aduersos acies turbata maniplos.

Ante ferox nam Briareus Cottusq; rubeant,
 Quicq; Gyges nullam patitur cum Marte quietem,
 Ter centum torquent pugnando per aera saxa,
 Marmoreumq; manus graue desuper hostibus imbreuam
 Precipitant. rapit umbra diem, densantq; sub ipsis
 Caubus horrende sublata luce tenebrae,
 Et fuga, subq; solum Titania turba repente
 Truditur, & validis ibi cogitur esse catenis.
 Sub Styge Titanes, cæco clauduntur & Orco.
 Hinc tanto refugis spacio telluris horizon,
 Editior quanto polus a tellure recedit.
 Petrea Tattaream sepes circundedit aulam,
 Quem circum tripliis nox atra voluminis orbem
 Implicit, & nimias auget densata tenebras:
 Sub Styge radices Telluris, & Aequoris altum
 Educunt caput, & superas tolluntur ad auras.
 Ultimus est illic terræ locus. horrida porrò
 Illuvies scatet, & saeuos alit vndiq; vermes.
 Ibla Titanes vobis ergastula magnus
 Oppiter indidit, & miserum vos trahit in antrum.
 Nud retinere ferre gradus licet. irrevocabile fecit
 & Erebo Neptunus iter. duro ostia ferro
 Cudit, & admoto murum construxit in ære.
 Briareus simul accessum, Cottusq; Gygesq;
 Observant, multaq; fide loca s. pta tuentur.
 Ulle fidereus polus, infernaq; paludis
 Regia, concretis & tellus atra tenebris.
 Et quod pacatis æquatur fluctibus æquor,
 Quisq; sibi proprios fines & flamina seruat.
 Quis labor, heu quales ibi viouunt deniq; vermes?
 Ordine consta carere putes. Chaos omnia miscet:
 Haud brevibus Stygiæ repetuntur callibus ædes.
 Eto quod in primo vegetus sit poste viator,

Tartareæq; cítus petat interiora paludis:
 Longa diuturni prius orbita definet anni,
 Quam médios illi sit fas intrare penates.
 Hinc quòd & hinc aditus turbo rapit ille deorum
 Numinibus plerunq; grauis sanguisq; putatur.
 Scilicet hoc monstrum multa caligine noctis
 Tecta uotat, densisq; tegit sub nubibus aulam,
 His coram Cœlum tenuisse [Promethea dicunt,
 Infractaq; manus sublataq; colla gerentem.
 Nox illuc, clausa, q; dies vestigia ducunt
 Mutua, perq; vices soliti sunt reddere verba.
 Nunc is ferratos, nunc permeat altera postes:
 Cumq; exit, nox atra subintrat: cumq; ea limen
 Linquit, aperta dies tenebris adit hostia pulsis.
 Haud unā manes habitant. ubi cesserit alter,
 Non nisi decretam redit altera viderit horam.
 Lucidus is aucto mortales lumine donat.
 Nubibus ista caput graditur velata, manuq;
 Fert Somnum, Somno mors est soror: ambo parenti
 Pignorea dicuntur Nocti. Stygiæq; paludem
 Vna habitant: quorum radijs nunquam attigit ora,
 Seu sol cum scandit, seu cum descendit Olympum.
 Ex his viuis humi, totoq; cubilia ponto
 Somnus habet, ducemq; homines dat habere quietem
 Alterius cor in ære riget. præcordia duro
 Stant ferro: nihil est pietas quod molliat incus.
 Quem primùm capit, haud yñquam crudelis abire
 Sustinet heu pariter superis infensor hostis.
 Quin & Tartarei latet infima numinis abire
 Regia prædoni qua Persephonea matito
 Iungitur, inuitis & eum vix accipit vlnis.
 Infremit horrendum diris stridoribus aula:
 Ante sedet canis immitis custodia, limen

Fraudibus aggreditur: si quis subit aduenia cœda
 Blanditur, geminaq; procax submürinurat aure.
 Si redditum tentes, grauior non ille redire
 Tessaet, infellos sed agens ab imagine vultus
 Corripiet, vastoq; vorax te, ventre recondet.
 Infernum portò diuis metuenda barathrum
 Styx habitat, canos venerabilis ambulat annos.
 Eminus à Cœlo depresso possidet arcem.
 Grandia sunt cæcæ domui pro regmine saxa.
 Sculpsit in argento multas circum alta columnas
 Atria, sive co quarum caput imminet oībi.
 Hanc prope Thaumantis versatur nata, per altas
 Aequoris Iris aquas. Iouis est ea nuncia magi.
 Nam seu dijs oritur grauior contentio, siue
 Turpiter illorum linguam mendacia fœdant,
 Aut iusserandum præsent, volat ocyot Iris,
 Formosamq; auro Stygijs in fluctibus vrnam
 Versat & huic gelidum Cœlum super eucdit amnes.
 Rigidus hic amnis saxo quia decidit alto,
 Subq; dia Tellure natat, noctuq; migrantes
 Indit aquas. Styx Oceani pars dena putatur,
 Aequor & extantem reliquias circundare terram
 Dicitur, inq; ipsum spumoso vortice pontum
 Precipitat. superos rantium pars vanica lædit.
 Namq; deum quisquis potuit periutus haberi,
 Deprehenso talem luit is pro crimine poenam,
 Debilior totum recubat prostratus in anum:
 Ambrosiam non ille dapem, non nectaris ille
 Secundo sacrum bilit è cratere liquorem.
 Vox illi non villa, trahit vix viuus anhelam
 Ore animam, iacet immitti sub tergore tectus:
 Iamq; noui seru redit illi circulus anni.
 Peste quod ex illa fit liber. at altera major

Rursus adest: nam lege nouem procul exulat annos.
 Et neq; sidereis mensis coniuia vocatur,
Consilium nec adire Iouis cœtusq; beatos
 Huic licet, extremum iacet ac depulsus ad orbem
Isterea decimum sibi conuertuntur in annum
 Solis equi, mutaq; piant periuria lingue,
 Iamq; ablatus adest: venit ad coniuia rursus,
 Perq; cohors, longam luerat qui criminè pœnati.
 Mos ita iurandi diuis: tanto extat honore
Styx canas grandæua comas. iter illa natare
Angustum solet, & nullo corruptitur æuo.
Hic obscura suos Tellus, & pontus, & ater
 Tartarus, & magai Cœli domus ordine fontes
Quisquis habet. quid quod sœvis loca uermibus illic
 Horrescunt, animosq; deum formidine terrent?
Ferrea marmoreis durant ibi limina portis,
 Continuis compacta simul radicibus hærent.
Hac loca Titanes habitant, soliq; lacuna
 Demersi, socia soli caruere caterua,
Qui parti affuerant Iouis auxiliatibus armis,
 Oceani vastas habitant sub gurgite sedes,
 Cottusq; atq; Gyges generum Deus æquoris altis
 Briareum Neptunus aquis selegit, & illum
Cymopolea tuo noctu dedit esse cubili.
 At vbi de cœlo Titanas Iuppiter alto
 Expulerat, nuptam duxisti Tartare Terram.
 Iam tumet illa frus, iam facta puerpera natum
 Dicitur exerte admonuisse Typhoëa mammæ.
 Iam puer ingentes humeros, iam fortia tractat
 Brachia: continuoq; pedes agit ille labori.
 Statq; ferax capitulo ceruix, uelut arboris ingens
 Iohumeros truncus qui spargit ad ætra ramos.
 Si numeres, centumq; manent speciemq;, dracenum

Ora

Ora gerunt, ductis visæ aëra lambere linguis.
 Action ex oculis ardebat flamma, nec vnum
 Ille sonum, centum reboabant vocibus ora.
 Quin & murmur erat varium, mirabile dicta,
 Dixisse exinde deos certissima fari.
 Non nunquam indomitos coram rugire iuuencos.
 Nunc catulos Jatrasse putas, nunc saeva draconum
 Guttura terribiles de montibus edere voces:
 Perq; cauas, valles perq; altas murmura colles
 Spargit, & haud vna se voce Typhoea reddit.
 Etiam res eius voto cessisset, & ipsis
 Ira deis daret, & toto regnaret Olympo:
 Nitantum facinus procul aduertisset acuta
 Mente Delim pater. ingenti namq; ille fragore
 Intonuit, sparsitq; sacros de nubibus ignes:
 Terraq; cum cœlo commota, referbuit æquor
 Fluctibus, Oceanusq; graues exhorruit vndas.
 Nunc Ioue, nunc diuis hinc inde ruentibus, orbis
 Intremuit: dubia timuerunt astra ruina.
 Heu heu quanta parens traxit suspiria tellus.
 Hinc tonitus fremit. inde grauem dare fulgura luccet¹⁰
 Visa, nec assiduis cessabant fulmina telis.
 Perq; solum cecidere faces, perq; ardua cœli
 Culmina, nec liquidis sacra flamma pepercera^t vndis.
 Sensit & ipse minas imi regnator auerni,
 Atq; suis timuit nimium graue manibus Orcus.
 Titanum tum densa cohors sub carcere nigro,
 Saturnum multo circumdedit aëta fragore.
 Vitibus armatur tum Iuppiter, armataq; sumpsit
 Fulgura. non tonitus defunt, non fulminis ignes:
 Exiliensq; loco, summiq; cacumine cœli,
 Intorsit de nube faces. divina Typhœi
 Oramicant, sacrisq; iacent exusta fauillis.

Ingemuit nato Tellus ardente, profundū
 Fulmina senserunt montes, multumq; parentis
 Iam fuit exustum: cœu plumbum s̄æpe frequentes,
 Aut ferrum candente fabri fornace minutis
 Excidunt frustis, ferventi liquitur igni:
 Perq; soluunt domitum veluti natat vnda metallum.
 Iuppiter hinc Stygijs trusisse Typhona caueruis
 Dicitur, infames vomitis de gotture ventos.
 Nón Boream, non ille Natum, Zephyriūe tepentis
 Flamina, non tigris Argesten spirat ab Indis,
 Quos diuūm genus esse putas. quis commoda narret
 Illorum erga homines? mittit quæ flabra Typhœus,
 In mare præcipitant frustra, pontumq; nigrantem,
 Turbinet; erumpunt vasto. dabat ætheris omnis
 Machina, mortales passim euersura labores.
 Puluerei defannit nymbi, sublataq; vento
 Sylvarum farmenta volant, perq; aëra longum
 Errantes qua patte ruant, qua deniq; campos
 Tempestate premant, miseri didicere coloni.
 Sunt ab h[ab]i freta qui versant, puppesq; procellis
 Intulunt, frustra oratis suffragia nauæ.
 Ast ubi cœlicolum labor est expletus, & ipsi
 Titanes pœnas Ioue iam victore dedere,
 Imperium vnanimes terræ cœliq; tyranno
 (Confidum tellus dedit) ascripsere Tonanti.
 Hinc prioris meritos socijs discravit honores.
 Et iam regali stabar sublimis in aula,
 Metida cum primum thalamo vocat. illius uxor
 Eſſe prius Metis meruit, namq; vna deorum
 Atq; hominum cœtus est scita reperta per omnes.
 Intumucre ſinus: parituram Iuppiter arte,
 Dulcibus & verbis, uteros exegit ut inter
 Pellada comprimeret. genuit nam Pallada Metis.

Conf.

Consilijs illam Cœli Terræq; fecellit:
 Namq; Ioui armorum nimium sollertia cavit,
 Præter cum summo neu quis regnaret Olympo.
 Namq; erat in fatis, orituram ex Metide doctam
 Pallada cui patrias vires æquare liceret.
 Quia & cum Metis regem diuūmq; hominumq;
 Qui nimis elatis animis foret, edere vellet,
 Egit ut excretam cohiberet Iuppiter aluum.
 Talia namq; Ioui persuasit terra nepoti.
 Dein Horas Themi ediderat, Iouis altera coniux:
 Iustitiam, Legemq; bonam, Pacemq; virentem:
 Quicquid agant homines, tres obseruare putantur,
 Hac quoq; fatales genuit de coniuge Parcas,
 Iuppiter: hæc Clotho, Lachesis fuit altera, sedem
 Atropos extremam tenuit. **deus omnibus ingens**
 Addiderat pater, & multo donauit honore.
 Namq; malii ius atq; boni dicuntur habere,
 Proq; suo tres cuncta regunt mortalia nutu:
 Tresq; Ioui Charitas præstanti corpore, nata
 Oceano tulit Euiynome. si nomina quæris,
 Aglaie prior, Euphrosyne, Thalieq; sequuntur.
 Ex oculis pulchrum aspiciunt, iucundus ab hatum
 Sidereis irrorat amor de more pupillis,
 Adde, virum secunda Ceres experta Tonantem,
 Persephonei parit, heu Sygio nimis illa tyranno
 Dum placet, a cara rapta est (Ioue dante) parente.
 Quin & Mnemosynem (comptis erat illa capillis)
 Vedit, ut ò dederis milii tu quoq; pignora, dixit:
 Ergo novem peperit formoso corpore Musas:
 Nec vigor his semper, nec delectatio defit.
 Latonæ posthac congressus, Apollinis ingens
 Progenuit iubar, & claram venando Dianam.
 Ultima Iuno placet: tædæ placuere sororis,

Hac Lucina erit, simul & spectabilis Hebe,
 Et Mars compotis semper qui fluctuat armis,
 At cui cunctarum rerum est concessa potestas,
 Pallada secundo potuit peperisse cerebro.
 Armatas ea sepe acies durosq; tumultus
 Excitat, & medios grauis it nec iniqua per hostes.
 Quicquid agit, patrium seruat veneranda decorem.
 Sic quoq; nullius commixta libidine Iuno,
 Te Vulcane tulit, sed non sine coniugis ixa:
 Insignemq; deos te reddidit arte per omnes.
 Neptuno at Triton, Amphitritæq; procaci
 Nascitur: auratae habet ille sub æquore sedes,
 Atq; vnâ matris comes it, regisq; parenti.
 Heu grauior nimium Triton Deus aurea Marti
 Pellito Cytherea Metum, trepidumq; Timorem
 Gigabit: vterq; grauis bello pugnantibus esse
 Dicitur, & densas pariter turbare phalangas.
 Nec non Hermoniam, gaudet qua coniuge Cadmus,
 Progenuere. Iovi præconem Maia deorum,
 Merciprium Atlantis peperit. Dionysus crearis
 Tu quoq; sitq; parens Semele, clarissima Cadmi
 Progenies. patrem tibi vendicat illa Tonantem.
 Securum mortis genuit te Liber: at illam
 Mors rapuit. nunc esse deos polus astruit ambos.
 Herculeas posthac Alcmena puerpera vires
 Ediderat, furata tuum Latoz maritum.
 Inclitus Aglaiae thalamo Vulcanus adhæsit,
 Vnam quæ Charitis præstat lætatus habere.
 Auricomam summis Ariadnem Bacchus ab astris
 Vedit ut (hanc genuit Minos) pro coniuge sumpsit.
 Hanc quoq; funereæ morti, turpiq; senectæ
 Iuppiter excedit, medijsq; locauit in astris.
 Herculis at postquam labor, & certamina tandem,

pluri-

Plurimaq; Argoi cesserunt iussa tyranni,
 At sua formosam connubia vinxerat Heben.
 Herculeæ virtutis honos, ea filia magnæ
 Imonis, magniç; Louis cœlestia tædas
 Atriaq; & diuos celebrarunt reðta iugales.
 At Soli genus Oceano quæ dicit aquoso,
 E: Circe parit, & regem Perseis Ectam.
 Formosis Idya genis subit: illa sororem
 Perseïn vocat, atq; socium, nam nupñit Eetæ,
 Medeamq; illi genuit. Vos ô. polus omnes
 Quos habet, & sedes gaudet regnare beatas,
 Saluete, tibi terra parens, tibi dico salutem,
 Et quæcunq; vago dispergeris insula ponto.

Nunc mihi, mortalem si qua est experta maritum,
 Et semen cœlestè solo commiscuit imo,
 Dicite, vester erit labor hic quoq; dicite Musæ.
 Iasium fœcunda Ceres heroa maritum
 Excipit. hæc ditem dederant connubia Plutum.
 Vrbs fuit Itripolis, pinguis fuit insula Crete,
 Prima puer quibus exoluit cunabula Plautus.
 Fortunate puer pelago terraq; iacere
 Diceris, atq; domos hinc inde locare beatas:
 Quem seu fors hominem, propria seu sponte sequeris,
 Diues erit, largosq; fecet te dante maniplos.
 An loquar Harmonien, Cadmo quæ coniuge fœta,
 Inoq; & Semelem peperit? nec deerat Agave.
 Addidit Autonœn: cuius connubia pulcher
 Legit Aristæus. multis erat ille capillis.
 A patrijs subis has Thebis Polydore sorores.
 Calliroe, neq; enim te nunc labor Oceane
 Hic tacet: ingentem subiisse Chrysaora coniunx
 Diceris, hinc cunctis melior mortalibus unus
 Geryones, nostras datus est venisse sub auras.

X 5

Ah puer

Ah puer Herculeam infelix extendere famam.
 Tu quoq; debebas : nam te ab stolido ille tuarum
 Sorte boum : tefis tanta est Erythea rapina.
 Indica Tithono post hac Aurora marito,
 Pignora. legitimo peperit duo foeta cubili.
 Aethiopum prius egregijs formosus in armis
 Rex Memnon erat. at nati si forte secundi
 Scire quod est nomen cupis, Emaionavocabant.
 Tunc demum Cephalo narratur amoribus ea,
 Quis Phaetonta creat diuis gratissimus ille,
 Florentes annos viridemq; etate iuuentam
 Comptus erat: puerum Cypris cum caput, & illum
 Nocturnum sacras fore dæmona iussit ad aras,
 Nec tacuisse vacat, sibi quam præclarus Iason
 Duxerat Aesonides. ea filia Phasidis Aetæ:
 Medeam dicunt. sanxere iugalia diui
 Vincula uic frusta iuuenem certasse tulerunt.
 Namq; graues Pelia pugnas, & dura iubente
 Arma obiit, patriam tandem est regressus Iolcon.
 Caraq; nec lætæ coniuncta Medea corinæ
 Defuerat. tardis ortus Medæus ab istis
 Dicitur. huic Chirón in monte recepit alendum.
 Phyllides: quod certa Iouis sic fata iubebant.
 Grandænum sunt quæ patrem sibi Nerea dicant,
 Ut Thetis, & Psamathe. mixta mortaliibus ambæ,
 Mortales ex se factus genuisse putantur.
 Aeace te Phaco Psamathe formosa parentem
 Efficit, atq; Thetis albens argentea suras.
 Pelea roagnanimo patrem donauit Achilli,
 At Venus Anchisiæ herois supposta cubili.
 Aeneam peperit, nemorosæ in montibus Idæ.
 Edidit Agrium Circe; fortemq; Latinum,
 Quem nulla quisquam culpa carpendo momordit. Quis

Quis patēr ambobus quæris ? facundus Vlysses,
 Omnibus imperio pariter duo iura dedere
 Tyrrhenis, longè fines extendere dīcti.
 Ultima Nausithoum concepit diua Calypso,
 Nausthoumq; , suo cūm potiretur Vlysse.
 Iamq; ego si qua viris dea sit mortalib⁹ vfa,
 Pignorazq; ediderit , videor satis esse profatus.
 Nunc cantata nprus harum , & genus ; heroinas:
 Quæ loue , quæ summo Musæ gaudetis Olympo.

O modò tam digno cur me Fortuna fecellit
 Cedice ? materia cur me priuauit honesta ?
 An quo iam meritoyatem fraudaret honore ?
 Nœc suum decus esse suo furiata labori
 Fertet, & Ascræas ea nolle vivere Musas ?
 Nos ea Romanis an quòd cōpauertere verbis
 Noluit ? Ah si sic quanti ? puto cōscia diuæ es,
 Aemula Mombritium nolis emergere nomen,
 Quæ te causa mouet ? sunt quæ nos multæ valimus;
 Scribere, sunt studijs accommoda plurima nostris.

T H E O G O N I A E H E S I O D I
 P E R B O N I V M M O M B R I T I V M
 Patriitum Mediolanensem Latio
 donatæ,

F I N I S.

A D

A D L V C A M T E R
 T I Y M , P A T R I C I O R V M
 B R I X I M S P L E N D O R E M E T
 M E C O E N A T E M S V V M ,
 P Y L A D E S .

Tertie, cura poli, Musarum gloria, Luca,
 Carmine diuorum suscipe queso genus,
Quod Pylades nuper victum tibi dedicat uni,
 Dum sibi presidu te satiis esse putat.

Nil habuit manus, quo te lux maxima vatum
 Munere deuotus posse adire cliens.

Quicquid enim inconstans homini fors addit, & au-
 Argenti & rerum, possidet ille nihil. (fors,
 Contentus casula, & modici possessor agelli,
 Si modo vix tenuis suppetat ore cibus.

Hunc in iudicio postquam grauiore libellam
 Tersaris, in populum (si volet) ire iube.

D E O-

DE ORVM GENE-
ALOGIÆ AB VRCAR-
DO PYLADE BRIXIANO
VERSIBVS ELEGIACIS
CONSCRIPTAE, LI-
BER I.

CArmine concipimus geneas cantare deorum,
Quos pia gentiles turba vocare solet:
Quoniam quisq;, patre, & qua sit genitrice creatus,
 Forfitan & clarum si quid in orbe dedit.
In quibus Ascriai pars est non ultima vatis:
 Multa etiam, Siculus que Diodorus agit:
Quicquid & aggressus quondam Certaldus in unum,
 Aut veteres scriptis nos docuere suis.
Melpomene assistas, turba comitante sororum,
 Res & in hoc schedio vestra putatur agi.
Quem primum longana deum commenta verustas
 Dicitur, huic nomen Gorgonis illa dedit:
Quod neg, fas aperire foret, nec prodere cuiquam,
 Hae venerata suum religione decum,
 Hunc sine principio, nullog; autore parentem,
 Credidit in tenebris degere posse Chas.
 Id Chaos (ut perhibent) rudis arcu, incondita rerum,
 Materies, uno corpore iuncta fuit.

Cus

Cuiusquam posset quisquam dignoscere formam,

Nec nisi pondus iners, & graue, vultus erat.

Dicitur hanc deus sis sedem tenuisse profundam:

Hinc factum, ut nulli cognitus ille foret.

Qui congesta Chao discordia ferre tumultum

Semina concipiens, insulit, hisce manum.

Litigium eduxit primum: id sine misere profectum,

Panagatum Parcas exiliisse ferunt.

Prima fuit Clotho, Lachesis subit, Atropos inde:

Ha manibus vitam fatag nostra gerunt.

Ipse Polus digitis post hec conclusit in orbem

Exiguum duellis: sic vaga fama canit.

Protulit hinc Terram, dictam quoq; nomine Vesta

Quae Famam, & noctem, Taygetamq; parit,

Tartaron, Anteum, numero quæ pignora quinq;

Sola creat, nullo semine fulta viri.

Tum Terra innixisse latus, Pythonag; magnum,

Inde Erebum fertur progenuisse Deus.

Mox Erebum de nocte ferunt ter pignora septem

Gignere primus amor diceris esse puer.

Gratia debinc, patiensq; Labor, luensq; venenum

Inuidia, Metus hinc, Frausq; Dolusq; subit:

Humanisq; tenax nimium quamentibus haret,

Nomus Eggestatem sustinuitq; locus.

Hinc ea que miseris fertur fortita, Famesq;

Cum Senio, Morbus, deinde Querela vnit;

Palle-

Pallorē & Tenebrā ac Somnū, Mors atra sequuta est
 Atq; Charon, penē est ultimata Dīs.

Ast oreatis Aether conclusit viscera matris:
 Cui soror est natos proxima nixa duos.

Hunc primum dixere Iouem monumentā vetusta,
 Hunc Celiū atq; idem Celius esse potest.

Juppiter è cerebro natam eduxisse Mineruam
 Dicitur, & nulla de genitrice, suo.

Altera nata tulit nomen Proserpina matris,
Quae si vera canunt illius uxor erat.

Qua Diana simul, Tritopatreus, Ebuleus ag,
 Et Dionysus item, profiliere Ioni.

De Niobe est Apis, Lysica suscepit at Hercules,
 Hermen Cyllene proculit Arcadica

Sunt scita, Sol primus, Liber q; ex ordine primus,
 Pignora de incertis matribus orta deo.

Idem Epaphum genuit sine I sis nata Prometheus,
 Sive Io hunc traxerit: pressit utramq; deus.

Teg, ex Persephone, Liber, dixere secundum
 Mercurium, uates progenuisse pī:

Primus at ex illo, primaq; Cupido Diana
 Edens est: alijs nixibus Autolius.

Lychione hunc illi peperit. fuit illa parente
 (Sed nondum volucri) Dadalione sat.

Autolius primum non nota ē matre Simonem:
 Sisyphon hic, geminos, Autoliamq; iulit.

Dicitur

Dicitur bac solers quondam prognatus Ulysses,
 Proditur hoc Troia patre fuisse Simon.
 Ex Epapho Libya est, & coniuge Cassiopaea,
 Belus inexplicis Priscus ab uberibus.
 Ex Belo Danaus, geniti, Agisthusq., & Agenor:
 Sed quibus, haud clarum, matribus extulerint.
Quinquaginta orta Danao, fera pectora, nata
 Matribus ambiguis: quae necuere viros.
 Nomen Hypermestra est prima. Bona dicta secunda.
 Tertiaq. amymone: cetera turba latet.
 Primatamen scelere abstinuit, sponsog. pepercit:
 Agisti reliqua dissecuere genus.
Quo parer his facto periturus Iuppiter undas,
 Quas referant humeris, sub Phlegethonte dedit.
 Lynceus Agistbonatus perhibetur, & una
 Quos decies fratres quinq. fuisse palet.
 Tanta cohors dubium quibus à genitricibus orta:
 Deq. tot, hic nomen Lynceus unus habet.
 Fundus Hypermestra magnum produxit Abaniem,
 Cuius in Argivio regna fuere diu.
 Is, Praetum, Acrisiumq. è ventribus, Iasiumq.,
 Sustulit ignotis. Praetus at ipse Meram.
 Cumq. Mera geminas (sistant audita) sorores:
 Sed non sunt illis nomina certa satis.
 Antiopa has fertur, Stenobœa, vel Antianixa:
 Sunt variovatum pectora iudicio.

Acrisio

Acriſio Danae genita eſt: ſcetit abditamater,

E pluuiio Danae Perſeanixa Ioue.

Iaſio Amphion, Thalaon, Atalantaq, nati:

Hippomanem curſu quam ſuperaffe ferunt.

Ortatua eſt Nelen coniunx Amphione Chloris,

Pblegreusq, fuit de Thalaone puer.

De Thalaone viro prodit maleſida Eriphyle,

Scuathori confors Amphiarae tui.

Eurynome huic mater dicta eſt: ſed cetera turba

Partibus obscuris edita profiliſt.

Quinetiam Eurynome Thalaon tibi gignit Adraſtū:

Argiam bic natas, Deiphileng, duas,

Non paruit genitrix, verūm hac tu coniuge Tydeum

Lænus es: illa viro non Polynice minus.

Tertia, ſed Beli proles narratur Agenor,

Septenum tacito ventre paraffe genus.

Europam in Cretam tauro per cerula vellam,

Et qua Taygetam traxit amore Iouem.

Quamq, canunt factam nato Lacedamone matrem;

Sint licet, hunc Semelæ qui tribuisse velint,

Hoc Polydorus item natus fluxisse putatur,

Et Cadmus Phœnix, Labdacus, atq, Cilix,

Hermione Autonoen Cadmo, Semeleng, & Agauen,

Edidit: Inoe filia quaria fuit.

Datq, Philistenem Phœnix, quo deinde Sychaus:

Te Phœnix triplici pignore Bele patrem:

Didone, atq; Anna, diro quoq; Pygmalione.

Nec satis, hos uteri qui genuere, parent.

Tresq; Cilix profert obscura coniuge natos,

Non ullo illustri nomine Lampsacum.

Pyrrhodem, è silice primus qui excusserit ignem:

Et patrem antiqui Pygmaliona Paphi:

Quem peperit dilecta prius sibi eburnea virgo.

Deq; Papho est Cinyras, matre latrone, satvs.

At Cinyras Myrrhā, O^r de Myrrha sumpfit Adonim.

Sed genitrix Myrrha nomine nulla datur.

Iabdacus extrema est producta ab Agenore prole:

Laius huic tacito filius ex utero.

Laius Oedipodem ex Iocasta coniuge sumpfit:

Ex matre impurus quatuor Oedipodes:

Antigonam, Ismenen, Eteocleam cum Polynice,

Tharsandrum Argia de Polynice parit.

Cælius aetheria sobolis pars altera, bis sex,

Sed tantum è Vesta pignora sena dedit:

Fethyn, Opim, Cererem primam, Titana, marisq;

Rectorem Oceanum, falciferumq; secundum.

Vulcanum primum tulit inde, Iouemq; secundum:

Sed quo concubitu, non tenuisse licet.

Mercurius pariente Dei quoq; tertius, illi,

Si modo vera canunt, magnaq; nata Venus.

Inuenitorq; domus lucea, fine nomine matris,

Toxins ortus ab hoc, arg; secundo Venus.

A venio

A' venio deducta Venus, quod ad omnia diusa
(Tullius ut cecini) prompta venire solet.

Hec eadem à spumis olim sibi nomina traxit,

E' quibus in rando dicitur orta mari.

Nam pelagi tumidas cum demississet in undas,

Saturnus Cælo membra refecta pari,

Florum è spumis contractis sanguine fusò,

Virgo sub aquoreis orta putatur aquis.

Aphrogenia igitur dicta est hinc, atq; Aphrodite.

Dorica quod spumam lingua vocavit à Φρόν,

Et quod nata sacris primum est appulsa Cyberis,

Hoc Cybera sibi nomen habere solet.

Quod Cypron hinc petijt, sedes ubi plurima diu est,

Huic quoq; cognomen Cyrogenia fuit.

Natus Eryx, structo Siculorum in vertice templo,

Fecit ut huic nomen post Erycina foret.

Sunt qui illam dicant Pbilomedea, testibus orta

Quod fuerit, risum vel dea semper amet.

Te peperisse volunt matrem hanc formose Cupido,

Qui mentes hominum cœlicolumq; domus,

Mercurio fulgens peperit Venus Hermaphroditū,

Qui mulier, qui vir, neuter & unus erat.

Vulcano è primo primus fuit ortus Apollo,

Quem Iouis alterius nata Minerva creat.

Prima Ceres Acheronta parit, qui nocte Megaram,

Tisphonam, Alecto, tris furias genuit.

E' serrag' Stygem: parit hac Cocyon: at ille

Te Phlegesba: Lethen tu generare soles.

Utraq; in obscurō est genitrix. Acheron quoq; nym-

Turbidus ex Orne, protulit Ascalaphum. (pha-

De Styge tenata natam Victoria. sed te

Natus Honor sola est, delituitq; pater.

Se quondam lato Reverentia iunxit Honori,

Et sacra Maiestas protinus orta fuit.

Titanum è terra bis septem promere fatus

Constat, & Aurora est filia sola tamen.

Cetera turba mares, Hyperion, & ipse Lycaon,

Cæus, & Astræus, sevus & Iapetus.

Pallenes, Pallase, & Typhon, sine Typhæus:

Quiq; patris nomen non habuere sibi,

Enceladus, Briareus, Ægeon, Runcus, Alcyon

Falciferi vltores, Porphyreonq;, dei.

Quos pater infestos olim sibi Iuppiter igne

Ad Styga fulmineostrusit ab arce poli.

Sanguine ab illorum fusō excreuisse virorum

Cadibus & vitijs corpora plena ferunt.

A magno exortum memorant Hyperione Solem,

Et Lunam: obscurus partus ut erg; manet:

Æonias, Horasq; Chronis: sed Nerea Soli

Lampetiam & pariter te Phœnusa tulit.

De Persa Oceani prole est sublataq; Circe,

Æetesq; deo, qui uebit altus equos.

Medi-

Medium Aeta coniunx Ipse a tulisse
 Fertur, & Absyrtum, Calcio penq_z viro.
 Uxorem hanc Phryxus, Medeam duxit Iason,
 Quae fratrem potuit dilacerare suum.
 Sol quoq_z Miletum non nota excepit ab alio,
 Angstiam, Dircen, Pasiphaenq_z simul.
 Candida Mileto Cyane est enixa gemellos,
 Biblida cum Cauno, quos malus usit amor.
 Arcadis at mater de patre Lycaone nata est
 Calisto, arctoi gloria summa poli.
 Hac versa est, Helice, Septentrio, vel Cynofura,
 Finiterdum Phœnix nomine dicta novo.
 Latonam è Cœo, qua tu suscepimus Apollo,
 Asterionq_z ferunt matre latente satas.
 Aurora Astræo peperit Titania fratri
 Astram & ventos, qui freta longa premunt.
 Primus ab exortu consurgit Apecliores,
 Quem Subsolatum lingua Latina vocat.
 Huic flat ab occiduo aduersusq_z Faunius orbe,
 Gracula quem Zephyrum dicere turba solet.
 Perfurit arctoo Septentrio missus ab axe:
 Hunc Borcam Graiae constituere nota.
 Limite quem recto mittit conteraria tellus:
 Est Latijs Auster, Cecropijsq_z Notus.
 Inter eum & primum celo est Vulturius Achæis,
 Ingenii strepitu quod fluat, Eurus erit.

Personat Argestes contrà, nostroq; vocatu

Spirat in equireas nomine Corus aquas.

Austrùs inter Zephyrumq; fremes venit Africus aut

Obuiis buic Aquilo turbidus ore furit. (Libs:

Quem Libs atq; Notus claudunt, ab utroq; vocatur,

Compositis gemino dogmate nominibus.

Cecian opposita dicunt de parte meaniem.,

Is sibi Romanum non puto nomen habet.

At quem Vulturinus mediū comprehendit, & Auster,

Euro austrum appellant, Euronotumq; simul.

Thrascion obijcunt crepitantem à fronte poeta:

Fallor, an bac numero stirps duodena fuit?

E' Zephyro Balium, Zanthumq;, Harpyia Podarge

Ferrur Achilleis nixa tulisse iugis.

Sed Zetbum, & Calam, Boreæ parit Orithyia:

Ignoto Harpalicen sustulit ille thoro.

Hesperon ex Asia, atq; Epimethea, tegq; Prometheus,

Atlansem ex Clymene pertulit Iapetus:

Hesperus Hesperidas, Eglen simul atq; Erebus iam,

Tertiaquam memorant Hesperethusa fuit,

Pyrrha patrem nascens Epimethea sola vocavit,

Cognita Pyrrha satis Deucalione viro.

Hesperidum & Pyrrha matres latuere: Prometheus

Pandoram molli fecit at ipse luto.

Is de mox factus pater est, & Deucalione,

Quos tulus obscura de genitrice duos.

Deucal-

Deuclion Pyrrha gennit de coniuge, versum.

Psiitacon in volucrem nominis inde sui.

Hellanumq; Hellas quo dicta est Gracia; rectis

Sed te Phentrates & Dionysie thoris.

Ex Atlante fuit tacito de ventre Calypso.

Sed puer ex Aethra post generatus Hyas,

Hic venator erat, quem fulua leona peremit:

Illa diu est Ithacum sed remorata virum.

Atlanti coniux Hyadas quoq; parturit Aethra,

Quas numero septem fama fuisse refert.

Pyrrhodite, Eudora, Ambrosie, Chronis, atq; Thiene,

Polyxo, & Phyto: nomina Graeca manent.

Pleione Atlantis femori coniuncta, purata est

Nutrices Bacchi gignere Pleiadas:

Taygetam, Maiam, Steropen, Meropenq; Celano,

Electram, Alcyonen, sidera facta polo.

Pallene, aut Pallas quintam genuisse Minervam

Diceris: at venter, qua generata, latet.

Creditur illa tamen patrem occidisse Typhau,

Seu Typhon, natos edidit ipse duos:

Aeon, & ignota fuit hic productus ab alio:

Chedria tè mater sua Chimara tulit.

DE ORVM GENEALOGIÆ
A PYLADE VERSIBVS CON-
CLVSÆ, LIB. II.

Nunc Iouis in sobolem laxamus vela secundi,
Calus ignota est cui genurice patet.
Partibus huic tribuit varijs annosâ vetustas
Sex numero fætus protinus, atq; decem.
Hunc Latona patrem Diana & Apolline fecit,
Gratia non una est partaq; ab Autonoe.
Pasibea, Euphrosyne, Ægiale, tres nomine dictæ:
Ampbion, Calais, Zethus ab Antiopa.
Te Semele peperit Cadmi stirps cognita Bacche,
Asterie quarto est Herenle facta parens.
Arctæde Callisto: Tityum fidisse tulerunt
Hellaron, Orchomeno de genitore sat am.
Latoniæ hic strupro Tityus quum forte vocasset
Fixus ab Ottigio tartara nigra subit.
Infelixq; nouem sparsus per iugera terra
Pascit inexhausto corpore semper auem.
Taygetam nato fætam Lacedamone, magnum
Dardanion Electra proflijſſe canunt.
Tantalon ignoto regem de ventre Corinthi:
Bellorum innentrix tæq; Minerua ferox.
Argenum, Autoum, Nomiumq; ab Apolline tracto:
Feritur: Aristæum iungere fama solet.

Cyrene

Cyrene quos Nympha deo Peneia fudit:

Si modo non vatnum pondere verba carent,

Ortus Aristaeo tacita est Iolaus ab alio,

Autonoe Aetum præda futura canum.

Matribus ignotis Lapitham produxit Apollo,

Quo Lapithas dilitos turba diserta putat:

Eurynomen simul Adrasti Eurydicesq; parentem,

Et populi Æthiopes quo Garamanta sati.

Edidit & Psychen placida deus Endelechia,

Insignemq; modis Orpheo Calliope.

Lychione edictum citharaq; Philemona clarum:

Inde Arabem natus de Babylone fuit.

E' nata Lanicis, Sucronis coniuge, Branchum:

Psammathiaq; cui prole Crotope, Linum.

Hinc Mopsum Manto peperit, vel ducis Hymante:

Tuq; Philetensem Cantio leta virum.

Hoc quoq; tu Æscapi, nymphaq; Coronide sumptus,

Hippolyto vita qui redeunte peris.

Teq; Machaon habet genitorem, Æscapius illum:

Hic tamen ambiguo prodit, & ille thoro.

Dicitus ab Arginis radios quod iactat, Apollo:

Si modo nil ficti dogma Platonis habet.

Chrysippus, quia non multi, verum unicus ille est,

Censuit id quondam nominis esse deo:

Cuius in assensum prisca venere Latini,

Qui solem, cui par non sicut ore, vocant.

Spesippus dictum multis à viribus ignis,
 Flammifero gradiens quem vebit axe, putas,
 Ex alijs atq; ex alijs quid flexibus orbis
 Assurgens ortus proforat ille suos.
 Protulerat doctus magno à Zenone Cleantes,
 Se non dum passus dirignisse fave.
 At tu cornifici, quoniam referatur ad ortus
 Orbem inter mundi, nomen habere canis.
 Quid perimat dixerat alijs atq; animantia tollat,
 Corruptio quotiens aère pestis edest.
 Unde illum gestare arcus, & tela sinistra,
Quai aciat, morbos quum ferit ore ferunt.
 At quia tergemina est ipsius gratia dextra,
 Hunc medicaq; putant arte valere deum:
Quum Solis calor ipse omnes depellere morbos,
 Tempore soleat concomitante sua.
 Sunt qui illum tanquam pellentem corpore tristes
 Languores, dictum sapercferre velint.
 Hinc & Alexica con nobis vaga fama verustos
 Retulit hunc solitos dicere Cercopidas.
 Lamion hinc Lindi finita peste vocatum,
 Hunc etiam summo progrisus honore colunt.
 Virgoq; Vestalis sacris huic ritè peractis,
 Et medice, & Pea dicere Apollo solet,
 Hunc Peanatulit sedatio Gracia morbis,
 Vel quia diffugens noxiæ tela ferit:

Anno

Ante quibus magnum telis Pythona peremit.

Dum pater in cunis ipse sororq; iacet.

Quo quia perpetuis celebratus laudibus ille est,

Dum Paean toto victor in orbe sonat:

Hinc factum, ut Paean Phœbi pro laude feratur.

Etsi qua est alijs sape relatadis.

Pythius hinc etiam dictus Pythonem perempto,

Vel quia putrefcant fœda calore dei.

Delius & fertur, claro quod lumine monstrat

Cuncta: vel in Delo est bunc quianixaparens.

Cynthius à Cyntho, Deli qui sideramonte

Pulsat, & ipsius condita templa gerit:

Ortygius, quoniam Delos sibi nomina multa

Sumpsi: & Ortygiam, Pyrpileamq; vocant.

Asteriam, Lagiam, Mydiā, Cerrham, aq; Cynethū

Quin illi interdum Cynthia suggestur.

Eama coturnicis ramen hanc de nomine dictam,

Ortygiam, est ortyx qua vocata, refert.

Nam Iouis Asterie quum vim fugitaret, in illam

Versa prins fuerat, quam scopolosa foret.

Inde autem quum formam aquila sumpsisset, eandem

Urgeretq; deus: saxa facta fuit.

Et latuisse diu saxo mutata sub undis

Creditur, insita ne potiretur amans.

Sed tandem precibus Latona adiuta sororis,

Permissa est undis exersuisse caput.

Unde

Unde purant Delon post bac cognomine dictam,

Quae se ostendit quum latuisset aquis.

*Hinc ergo Ortygia, Asterie est hinc insula primùm
Ditta, tot ex illo predicta nominibus.*

*Lationamq; Iouis plenam, Pythonis acerbis
Exagitata dum quum foret illa minis,*

Excepit miserata soror: tulit illa gemellos,

Et Phœbum & Phœben, iussa quiete frui.

A specie Phœbum, multeq; nitore, vocarunt,

Splendidus & pura sit quia luce Deus.

Est Clarius dictus, Clario Colophonis ab urbe,

Qua solitum multa constat honore coli.

Tum Nomius, non ille greges quod pauerit olim,

Sed quod qua Tellus omnia pascat agit.

Et Lycius, quoniam Lycus est quoq; dictus ab Argis:

Nam similis multam creditur esse lupo.

Utg; armenta lupi rapiunt, sic humida queq;

Attrahit, & radijs surripit ille solo:

Sine quod albescant ortum post omnia solis,

A luce exceptum nomen id esse volunt.

Thymbrāū appellant, pluuios quod is excitet imbras,

Quod tamen à Tymbra maxima turbare refert.

Hac herba est Latij populis Satureia dicta,

Forsan & Origanum quam vocitare solent,

Hac ager Iliacis tectis vicinus abundat,

Inde ibi Tymbræ sunt sacra templa deo.

Grynaea

Grynam nemus est, dedit urbs cui Grynia nomen,

Quæ sedet Ætolis Ionysq; locis.

Id ubi Phœbe sacrum, Gryneus & inde vocari:

At Myrbinus, Myrbina te quod in urbe colunt.

Phocidis à Cyrraparter Cyrrhaeus Apollo.

A' Pataris Lycæ, sed Pataraus adest:

Hic in utroq; loco quoniam tribuancur honores,

Dictus ab aurata Chrysocomusq; coma.

Cecropis in vicis quia sit celebratus, Agyieus,

Nomine quo vicos Attica terra vocat.

Sminthius à semplo, quod quondam Tencrus in oris

Troijugenum fertur constituisse deo,

Postquam terrigenas serrato pralia vidit

Edere, & in clypeos lorag; dente sibi.

Quos quoniam Sminthas appellat Gnossia tellus,

Sminthion hinc Phœbū, Sminthia sempla vocat.

Quodq; arcus speciem argenti diffundit in altum.

Exoritur quotiens, Argyrotoxus erit.

Quotidie vero quoniam renouatur, & ipse

Gignitur, ac gignit splendidiss ore micans,

Argenteum Dores simul, & dixere Phaneta:

Loxian obliquus circulus esse facit.

Vlioni inde, salus quoniam tribuatur ab ipso,

Meonius vates protulit ore grani.

Est Libycis saluis dictusq; Libyssinus olim,

Qua sua Trinacrius terga Pachynus habet.

Tum

Tum soror est Phœbi vario quoq; nomine culta,

Quod fuerit nobis parva referre mora.

Diana est, quod nocte diem quasi conficit, aut quod

Tempus eam duplex noxq; diesq; videt,

Quod innat, est Iuno: Lucinaq; prodere luci

Quod soleat partus mensibus illa suis:

Ant oculis luci q; favens, vel forsitan ab illo

Qui sacer hunc fuerat lucus in Exquilijs.

Dogmate quinetiam dicta Illyria Pelasgo,

Hanc qui placaret fœmina parturiens.

Artemis bac eadem, cuiusque secet aera magnum;

Fertur ab his quibus est Atticus ore lepos.

Quod triujs praerat, Triniam causantur: ob idq;

Tri facies reddunt, oraq; ternadæ.

Se lunam iecirco, noctu quod luceat una,

A radis vel quod lamina Solis habet.

Persephone est Gracis, atq; binc Proserpina nobis,

Vel cui proserpens credit a utriq; gradi.

Dictynnam à capto summersa restibus olim

Corpore Minois vim fugientis agunt.

Vnde etiam montem, quo templi a fuere Diana

Condita, Dictynnum Cretica terra vocat.

Nata quod in Delo est cum Phœbo, Delia fratre

Dicitur: at Phœbe, pura quod ore nitet:

Quod centena deam placaret victimæ, vel quod

Centum errare annos non tumulata daret.

A' Gtbo

A Gracis Hecate est, Pergaq; ab urbe vocata
 Pamphyliae, Perga quasib; sana tener.
 Bis septem Amphion Niobe temeraria coniunx
 Eæt atibi est, arcu quos dat Apollo neci.
 Semarcū, Epinitū, Archemorū, Antegorūq; vocarūt,
 Phedimon, & Sypson, Tantalos atq; mares.
 Quatuor ast alijs mutarunt nomina primis,
 Te quibus Alphenor supposuisse volunt.
 Et simul Ismenum, Damasitona, & Illioneum:
 Sed maribus numero est sumpta puella pari.
 Nerea, Pelopia, Cleodoxe, Chloris, Ogune,
 Cum Pyrbia, extrema est Astyocratia soror.
 Pulchra Itylum Zeto atq; Thyrum produxit Edon,
 Mortuus quæc Cardue nomen habet.
 Enixa è Baccho Venus est Hymenea: Thyoneus,
 Est etiam Bacchis, matre latente, genus.
 Fertur & è Baccho peperisse Ariadna Thoantem,
 Qui tulit obscuris nixibus Hypsylen.
 At Baetten Bacchum, & Graij dixerat Babacten,
 Clamorem Báz; quod sua lingua notet.
 Nam madidi vino magnos efferre tumultus,
 Bacchantesq; solent sape vocare deum.
 Bassarea appellant, quoniam sit bassara vestis
 Baccharum, ad summos usq; remissa pedes:
 Lydia quam mittit. locus est nam Bassara, uestes
 Qua similes sunt Lydia serræ suis.

A' strea

Astreptus Bramus, quod vociferetur Iacchus:

Quod curis soluat corda, Lyæus erit.

Nec minus Alysius, Latio seu nomine Liber:

Quod pius est, Eleus dicitur esse pater.

Hunc utero (ut fama est) Semeles à fulmine calita,

Juppiter excepit, supposuitq; sibi.

Hinc lateri insutus quia sit Iouis, Eraphioten:

Nam fuere est pándu, lingua Pelasga refert,

Quodq; Ionom pupugit, Dionysius: ostia lucis

Quod bis adit, nomen huic Dithyrambus adest.

Seu quod ad os iterum qua sunt admissa, redire

Cogit, & arcani non tenet ille fidem,

Quodq; duas matres est visus habere, Bimater

Dicitur: huic Semele, Juppiter inde fuit.

Nyctilium perhibent, noctu quia membrare soluit,

Vel quod nocturno tempore sacra fecerat.

Nysæus fuerit, quia sit quoq; pugno vñāzco.

Urbs illum Ægypti vel quia Nysa colit:

Qua primum hunc referunt vinum ostendisse, vel illa

Nysa Helicon pagus qua patet aratum.

At quia grassetur bacchantum membra, Thyoneus

Exiterit: ferri est impere nang, Dûv.

Manalius, quod turba furat: vel ab Arcade monte,

Annua quo soliti contendere sacra deo.

Dictus ab elatis bacchantum vocibus Enar,

Aut Enar Bacchum Phryx quia sermo vocet.

Quod

Quod madidos faciat, quod vino corpus inundet,

Dorica Brysaum dogmata sape canunt:

Aut quia Brysea celebretur in urbe Laconia

Principio cultu, nomen ab urbe gerit.

Euchion à precibus, quod vota precessq; litatum,

Susciperet, dictum nuncia fama rulit.

Euchion à magno cœli rectore vocatum,

Id sonat in Latij filius euge bonus.

Namq; giganteo tremerent quum numina bella,

Famq; polum manibus turba teneret atrox,

Primus ibi induitus Bacchus noua membra leonis

Horrendum subita morte gigantapremit.

Quo pater exultans tunc Iuppiter, Eubya dixit,

Ingenti fassus pectore laticiam.

Montibus in summis quoniam sit cultus, Orea

Fertur: ab Arcade monte, Iycæus erit.

Lenaus, seu Lenobates, à vase feretur,

Quo calcata fluens ejicit uamerum.

Quodq; ignem inducat nervis, patriaq; calorem,

Sepius Ignigenam lingua latina vocat.

Herculis est quarsi Caribago filia dicta,

Huncq; colunt Tyrii, fætaq; nulla patet.

Arcadis Ionius nymphe est stirps orta Selene,

Nomina quem perhibent exhibuisse freto.

Huius at Euandri mater Nicostrata proles,

Fertur ab ignotis edita visceribus.

Sed Iouis è nata Lacedemone prodit Amyclas:
 Argulus hoc illo est, Oebalus atq; patre.
 Oebalus Oebalij quo sunt à rege vocati,
 Icarus & Leda Tyndarus unde sati.
 Icarus Erigonem rulit, & è Penelope,,
 Iphiclimaq;, Eumele consociata viro.
 Deg; tot à magno quondam Lacedemone ductis,
 Nullius genitrix cognita vera fuit.
 Dardanus Electra stirps & Iouis alma secundi,
 Dardana quo tellus nomina gensj trahit,
 Gignit Erichthonium, nixa hunc Candauiaparti,
 Dicitur, & coniunx illius atq; soror,
 Troius hoc geritus, seu Tros: quo Troia vocata est,
 Quae regio fuerat Dardana dicta prius.
 Trosq; Ilum, Ilionemque, altam qui condidit urbem
 Ilium: & Assarachum, cuius Ganymede rulit.
 Ex illo ductum sed Laomedonta facentur,
 Hercule periurus qui domitore perit.
 Quosimul Hesiona est Telamone puerpera facta,
 Et Teucri genitrix, Antigoneq; sata.
 Tithonus, Lampus, Clytioneq;, Hiceaon, & ipse
 Rex Priamus, iuncte Bucolione simul:
 Matribus incertis ingens que prodita turba
 Tibonio Aurora est Memnona foeta suum
 Nymphaq;, Anaruarea Esipium, Pidasumq; tulisse
 De magno fertur Bucolione duos.

At Priamus quondam Troja rex incytus, amplius

Progeniem varijs partibus extulerat.

Hoc primum atq; Hecuba de coniuge prodijt Hector,

Thessalicis circum Pergam a tractus equis.

Cui puer Astyanax, genitor quem sape Camandrum.

Dixerat, uxore est sumptus ab Andromacha.

Ex Hecuba Paris est primo fatus, atq; Polites,

Oenone Paridi Nymphaq; mixa duos:

Daphnis, & Idaus tacita de matre Polites

Dat Priamum, Ascanio qui comes ire tulit.

Phorbantem genuit Priamoq; Epitesia mater,

Obscuro Phorbas Illionea thoro.

Denaq; progenies Hecuba parientis ab alio

Exiliit, Priamam quam genuisse putant:

Thione, Thracum regi que contigit uxor,

Cassandra & vates sponsa Chorobes ibi:

Peneaq; sequens vestigia rapta Creusa,

Dum Patrem & patrios sustinet ille deos.

Laodice Thracis coniunx Helicaonis: & te,

Thrax cui rex auro dat Polydore necem:

Deiphobe insidijs Helenaeq; uxoris adempta,

Et qui Pelida Troile ab ense cadis.

Hic Helenum uatem, atq; Epiri regna tenentem.

Addimus, Aeneas unde futura capit.

Quaq; patris cumulo est mactata Polyxena Pyrrhos:

Antiphon Atrida casus ab hoste subit.

Tesorium Priamo parit inde Peribia regi,
 Atq; Iphitem, Antilochi qui cecidere manu.
 Sustulit è nymphâ Teucrum simul Antiodona:
 Unguis hic ursi dilaceratus obit.
 Laothoe senis Alcibi pariente Lycaon,
 Alter & es Priamo dein Polydore satus.
 Te quoq; Castimira genitum, à Teucroq; peremptum
 Gorgition, Priami seminis esse ferunt.
 Cui fuit & mater, sine uxore Arisba, Thymetis,
 Sumendi heu Grayiam male suorum equi.
 Huic & Alixirhoe peperit te nata Dimantis.
 Æsace: de ignotis cetera sumpta cohors.
 Hippothous, Pammon simul, Antiphonusq;, & Agas.
 Inde Agathon, Mestor, Diconoonq; nothus: (nu,
 Quem pugnans Ichacus ferro confecit Ulysses,
 Ius & Atrida percidente cadens.
Quos Diomedis item virtus subduxit, Echemon
 Et Cromenon, paribus dum veherentur equis.
 Patrocli & saxo Cebriion prostratus ab ictu,
 Laocoönq; sacer maxime Phœbe tibi.
 Mentoride coniunx, Polypi quoq;, Medifastis,
 Chaon &, unde Heleni nomina terra tenet.
 Et tua Polydamas coniunx formosa Lycaste,
 Aiacisq; necat quem Doridona manus.
 Assaracus Trois generosi tertia proles
 Dat Capyn, Anchises editus ipse Capy.

Non

Non paruere toti. Aeneam Simoentis ad undam.

E magno Anchisa protulit alba Venus.

Anchisen formosâ patrem genitrice latente,

Nuptia tibi Alcataon Hippodamia refert,

Ascanium Aenea coniunx enixa Creusa:

Julius Ascanio, Romaq; progeniti.

Sylvius à sylvis, casu quibus ortus, habetur:

E Romaq; urbem nomen habere putant.

Mater in obscuro est, qua sit conceptus uterq;

Sylvius Aenea posthumus ortus item.

Hunc patre defuncto, in sylvis Lavinia coniunx

Edidit, hinc dicta est Sylvia posteritas.

Ex illo Aeneas alter fatus, inde Latinus:

Filius hoc alba est, hinc generatus Arbi.

Ortus Arbi Capys, in Capuam quo decidit urbem.

Nomen: ab hoc genitum Caperon esse volunt.

Inde refers Tyberine genus, quo vortice merso

Albula mutato nomine dicta fuit.

Agrippam tamen ante seris. Remulus fit ab illo,

Qui Iouis arborey fulmine tactus obit.

Julius hoc, à quo gens Julia creditur orta:

Hoc quoq; Aventinum patre fuisse patet.

Fille Procam, atq; hic te genuisse putatur Amuli,

Teq; simul Numitor, pignora sua duo.

Dat Numitor Lausum, patni quē dextra permisit:

De patre Lause tuo est Ilianata Rhea,

Omnibus his certas nulli tribuere parentes.

Marte Rheaq₃, sati Romulus atq₃ Rhemus.

DE ORVM GENEALOGIAE
A PYLADE VERSIBVS CON-
CLVS AX, LIBVR III.

Oceanus Vesta & Cælo genitore creatus,
Plurima, sed varia pignora matre dedit.
Pleionem, quam duxit Atlas: Phætonq₃ nixam.
Tet Clymene, & Circen, te quoq₃ Persa feram,
Hinc Eithram, Atlantis que dicta est altera con-
Et qua Vulcanum nutriat Eurynomen. (iunx:
Corufcen, Pallas quia inuentrix nata quadriga est:
Et qua Chironem Phyllira protulerit:
Tunc Solam, quoniam mel quoq₃ est medicina reperta.
Nec satis, hos utri qui genuere, patent.
At Dorin Oceano Thetis est, & Protea fœta:
Et Tritona, genus qui tenet ambiguum,
Neptuno fertur nam diua Salacia consunx
Mensibus expletis hunc peperisse deo.
Sustulit Idatheam Protous, nigramq₃ Melanthe,
Neptuno oppressam: mater, utrig₃ lateat.
Ex terra pater Oceanus bis flumina sena
Prodidit: bac vario fluctibus orbe ruunt,

Theffa-

*E*thessalia exoritur Penens, amoenaque Tempore

*A*lluit, & Macedum littora pulsat aquis.

*H*ic Daphnen Phœbo dilectam protulit olim,

*Q*ua fugiens lauri coriice recta fuit.

*T*e quoque Aristai Cyrene cognita maior,

*Q*uem cum melle oleum predocuisse volant.

*C*urrit ab Aonis Epidamnum Asopus ab alto,

*F*ulmine iam tactus, tum mouet arma Iossi.

*I*psa qui genuit, comitatum Ercoclea bello:

*N*omen, & Eginam, insula cuius habet.

*A*ppenninigenam Thuscumq[ue] Umbrosq[ue] secantem,

*R*oma capit Tyberim, dum freta longa petat.

*O*enus ab hoc genitus proles fuit inclita, Manto

*T*iresiae vatis filia quem peperit.

*I*mpiger Aoniam Cephisus fluctibus ambit,

*C*ui latus implicuit candida Lyriope.

*N*arcissumq[ue] tulit: qui dum se cernit in undis,

*D*icitur in florem versus amore sui.

*E*n Pindo tellus Acheloum Thessala monte

*E*xcepit, Etolie est terminus ille soli.

*A*ig, uno tantum perfertur in aquora cornu:

*H*erculea reliquum diminuere manus.

*S*irenas genuit (si vera est fama) puellas:

*T*erpsichore has peperit, Musaeum Calliope.

*L*eucoiam, Lygiam, Pisnoen carmina dicunt:

*Q*uartaribus iuncta est Parthenopea soror:

Urbs noua Parthenope cuius de nomine dicta est,

Hac quoniam moriens urbe sepulta fuit.

Irrigat Argolicos Inachus delapsus Achais,

Cui stirps incerta est trina parente data.

Io prima fuit, quam Iuppiter arserat: antè

Quam data Iunoni munere vacca foret:

Altera Phaeus, superis quem prima facella,

Cumq; annis menses instituisse ferunt.

Hic subit Argium tenuit qui regna, Phoroneus:

Quo satus Aegialeus dicitur, & Niobe,

Crimnus Siculas flumis perlabitur oras,

Sargesta hunc nato fecit Acreste patrem.

Hanc tunc Hippotes Troiaai sanguinis unus,

Oppressit flumis, dum canis ora gerit,

Flumina Thessalico dicit Sperchius ab orbe:

Pegasumq; sinum, Thermopylae q; premens.

Pelleis huic genuit Polydoris Mnestheus, qui se

Pelide socium Pergama ad alta dedit.

Appameam Maander habet, Phrygiasq; Celana,

Inq; suos ortus versus & ora rigat.

Alluit Ioniam, Carasq;, urbemq; Prienem,

Miletumq; acto diuidit ille sinu.

Biblidis & Cauni Cyanen genuisse parentem.

Hunc fama est, dubium de genitrice tamen.

Paphlagonum campos rutilantibus Axius undis

Spargit, & elatis fontibus arua regit.

Maxi-

Maxima Achæfameni quenata Peribibia dicta est
Illiis amplexum sustinuisse ferunt.

Sub decimumq; fuit mensem Pelagonius ortus,

Qui talit Asteropum: nec torus unde, patet.
Hellsidis Alpheus claro de fonte putatur
Editus, Arcadico flumina ferre solo.

Qui terras subter, pelagiq; abstrusa profundi
Labitur, & Sicula tollit in orbe caput.

Alpheo Orsilochus satus est, illoq; Diocles:

Hoc pariter Criton, alter & Orsilochus,

Ignotis uenere toris: bos fama gemellos

Ad Troiam Aenea procubuisse natus.

Nilus ab Aegypto Aethiopum determinat oram,

Omnia fœcundans qua madefecit aquis.

Incerti est ortus, fluviorum creditus ingens,

Et quinum incerta matre tulisse genus.

Herculis hic nomen sibi possidet, illa Minerva:

Hic Dionysus erit, Mercuriusq; subit.

Mercurius, nobis qui fertur in ordine quartus:

Pluribus hic Hermes, sed trimegistus adest.

Hic genuit Daphnini, sylvis qui pastor in altis

Primus & egregio frontis honore fuit.

Mercurium pariter quintum, cui Mercuriorum

Cunctorum ascribi plurima gesta volunt.

Editus hoc Norax quem proculit Oschyra nymphæ,

E' Pirenei semine progenita.

Vulcanum quintam sobolem tibi Nile dederunt:

Hunc Apis Egyptus, quo duce gaudet, ait.

Ipsius sicuti Ethiopem, populi quo auro feruntur:

Quum primum Atlantes, aetherijq; forent.

Solem etiam genuit, quo Lampetusa parente

Et Phatusa fuit, Lampetieq; sata.

Tum Phaethon, Clymene peperit quem candidanym-

Heu patrij currus qui male rexit equos .(pha-

E Phaeconte Lygur, non certa nascitur alio,

Quo Lygures populos nomen habere putant.

Astraeus, fluvios Terby genitrice profectos,

Oceano, varci, & genitore canit:

In quibus Eridanus grandis memoratur, & Ister,

Strymon, & Alpheus, Nilus & Heptaporus:

Meander, Rhesus, Mysoq; sub orbe Caycus,

Ideo Rhodius vertice ad ima cadens.

Colchorum Phasis, Lydorum turbidus auro

Hermus, & in Phrygiis quem Simoenta vocant.

Argento similes qui fert Aerioiu undas,

Nefus item, prenis inde Liachmon aquis:

Afissipus, Ladon, Grenicon, Partheniusq;

Peneumbis addit, Sangariumq;, duos.

Euenum, Ardiscum pariter, diuumq; Scamandrum:

Seq; alios varci scribere posse negat.

Enixa Oceano Tethys quoq; Nerea magna.

Quia talis e Dori coniuge Nereidas.

Illa quidem soror & coniunx, ut Iuno Tonanti,
Nereo est olim dicta fuisse dei.

Nereides varijs traxerunt nomina rebus,

Ingenio, victu, corpore, ventre, locis.

Dicta prima Thetis, Pelsa mater Achillis:

Proxima Cymodoce, fluctibus una quies.

Cymothoe, Spio, Glauce, Neso, Pherusa,

Amphithoe, Clio, Dynamene, potens.

Pbyllodoce, Euarné, Proto, Xanibo, Galatea

Albacomas, Drymo quercubus assimilis.

Aetea, Amphinome, Autonoe, & formosa Menippe:

Inde Ephyre, & Melite dulcis ore canens.

Apsendes, Panope, Nemertes, Callianira,

Opis, Dexamine, Deiopea subit.

Has Hiera atq, Arethusa, Lycorias, Orithyia,

Cum Clymene, & Doto, Callianassa premunt.

Eucrata insequitur, Neso, Cymoq, Saogq,

Atq, Eudora nitens, Mæra, Thalia, Thoe.

Pasithea, & nineis post has Eunica laceris,

Eulimene, & curis Protomedea frequens.

Hinc Amphitrite, & pacata mente Galene,

Multorumq, Erato pignus amoris habens.

Hippothoe, Hipponoe, Enagore, & tu Pontoporea,

Eione, & risupradita Glauconome.

Laomedia sagax, Halimedaq, cura profundi.

Legibus à multis dictaq, Pollynome.

Liagorc, Eupompe, Psamathe, Pronaea, Themiste
Eternis referens pectora iusta patris.
Cydippe, & florens Ianira, & Doris, Agave,
Mox Halia, & roscis compra Ianassa genio,
Tum quæ stagna colit Limnoria, blanda Lygea
Additur, extremo es tuq₃, Amathya loco,
Insuper Oceanum Hessodus, cum coniuge Tethy,
Multiplices nymphas progenuisse refert.
Quas numero ter mille canit, pressasq₃ paludes,
Aiq₃ solum varijs incoluisse locis.
Ante omnes Pyrho, Vranieq₃, similima diuis,
Incedunt, Prymno tertia iura tenet.
Admete hinc, Clymene, Electre, & formosa Rhoda,
Callirhoe, Zeuxo, sedula deinde Thoe.
Melobosis, Pluto, Polydoraq₃, Pasithoeq₃,
Plexaure, atq₃ Asie, tuq₃, Petrea subis.
Xantha, Galaxaure, simul Europæa, Telesto,
Cumq₃ Hippo, adiuncta est his Ianira proca^x,
Eurynome, & pulchrum pectus sortita Dione,
Flauaq₃, Cerceis, & moderata Tyche.
Fdfa, Endore, Perseis, Acasta, Menestho:
Quæ secum Amphirhoen, Ocyroenq₃, trahit.
Styx, & Iantha venit, Clytie, dulcisq₃, Calypso:
Nec non Creseis, pulchraq₃, Doris adest.
Cetera quis poterit comprehendere nomina versu,
Sedibus, ore, cibis (ficta) vel officijs?

Ultima Saturnus Cœli Vestæq; propago,
 Dena quidem. at septem pignora sumpsit Opti.
 Plutonem infernum, quite Reuerentia natam
 Dicitur ignoto progenuisse toro.
 Glaucam etiam tulit, & Vestam, Cereremq; secundā
 Persaphonis matrem, falcifer ille senex.
 Vos quoq; Neptune, & Iuno, & qui Iuppiter olim
 Dictus est à primo tertius esse Ione.
 Tum Cronin, à nostris qui Serpentarius esse
 Conset, & obscura sit genitrice satus.
 Phyllira teg, seni Chiron praeceptor Achillis
 Extulit, unde vocant te quoq; Phylliriden.
 Chironi Ocyrboen rapidis (sic fama) Cayci
 Fluminis in ripis filia nymphæ parit.
 Ausonia regem Picum Saturnus. at ille
 Et Sentam, Faunam te quoq; Faune tulit.
 Eurymedon Fanno Eurymedante Peribibia regis
 Pheacum genitrix edita Nausithoi,
 Fauno Satyros, Panes, Faunosq; creatos,
 Sylvanosq; volunt, nullaq; mater adest.
 Acis & ex illo, nymphaq; Simethide cretus,
 Sape suo fuit quem Galathea sinit.
 Nympha quoq; è Fauno est enixa Marica Latinum,
 Praneste hinc, cuius urbs sibi nomen habet.
 Hinc etiam eæneæ coniuncta Lauinia nata est,
 Nondum autem hanc uxor gignit Amata viro.

Ecce

Ecce pater Neptunus adest, longa agmina secum
 Natorum varijs matribus orta ferens.
 Ex Helope est Dorus, parit Euryma Telemon, unde
 Eurymedes dictus vatibus ille fuit.
 Ex Amphitrite Steropen, Brontem atq; Pyragmon,
 Busirimq; Epaphi sustulit ex Libya.
 Alcyone Hircum, Phorcum pariente Thoossa,
 Qui maris è monstro Gorgonas exhibuit.
 Euryalon, Sthenno, plenamq; decore Medusam,
 Gorgonibus frater iug; Bathylle venis.
 Scylla quoq; è Phorco genita, & Critheide nymphæ
 Et cui certa datur nulla, Thoossa, parens.
 È terra Harpyias gignis Neptune, Podargen,
 Ocyperenq; duas nomine fama refert.
 Has prater geminas iuxere Celano, & Abello:
 Sic numero harpyias quatuor esse paret,
 Quas tamen Electra quidā & Thaumante profetab;
 (Ut sunt diuersa pectora mente) volunt.
 Nyctenus è pelagiq; deosatus, atq; Celano:
 Qui sibi Nyctimenen, Antiopamq; tulit.
 Mater Amalthea est natarum dicta diuarum
 Nympha sub Idaeis cognita litoribus.
 Neptunum alatus patrem genitrice Medusa
 Pegasus, band dubia voce referre solet.
 Huc etiam memorant genitorem, Oibus, atq; Epith-
 Uxor Aloeos hos Iphimedia parit. (alio)
T.

Te quoq_z de nata Phorci Polypheme Thoessa,

*Sub liquido aquoreus proculit orbe senex,
Incerta genitrix Tarantam qui condidit urbem,*

Unde Tarentini littora nata sinus.

Sicenum incerta, de quo Sicania: dicta

Collibus à terris Trinacris ora prius.

Incertus Siculum, Sicula quem nomina terrae:

Aonaq_z Aonia quem tribuisse voluit.

Bergion Albionem, Aetorium, Meliona, Pelasgum,

Chrysaorem dubijs edidit inde toris.

Et Cygnum, ad Troam qui in par congressus Achilli

Oscidit, eq_z suo corpore fecit anem.

Mesapum pariter, vates quo autore putatut

Ennius à proavis continuisse genus.

Addidit Onchestum, qui mœnia condidit urbis,

Quam de se Onchestam dicier instituit.

Hoc Megareus, illo Hippomanes genitore creatus:

Cui cessit cursu virgo Atalanta pedum,

Ortus Amymone est Danai Neptunia proles

Nauplius: auditis si modo danda fides.

Hic natum obscura Palamedem exceptit ab alio,

In fidys Ithaci quem mala saxa premunt.

Mox Amycum nymphæ ex Melite Neptune tulisti;

Is Bulben, uterum fama sed occuluit,

E Barbe generatus Eryx, magnaq_z Dione:

Cuius & à templo dicta Erycina fuit.

Ægas

*Egenum maris inde pater, qui rexit Athenas,
Sed tacito fertur progenuisse thoro.*

*Huic Medium Medea parit, quo Media dicta est:
Quae tristes succos edere terra solet.*

*Huic Ethra eximium bello factisq; superbum
Thesea, qui è Phedra sustulit Antigonus,
Deseruitq; suam qui Phyllida, Demophoonem,
Filo qua potuit non redeunte mori.*

*Hippolitus Hippolyta Thesēus quoq; Amazonē gi-
Quem trepidi phoca dilacerasti equi: (gnst.
Virbion hinc dictum quoniam renocatus ab umbria
Arte Macbaonia, bis vir in urbe fuit.*

*Virbius huic etiam, quem mater Aricia sylvis
Extulerit, seritur deinde fuisse puer.*

*Hinc tibi Nausithous Neptune Perhibia fudit,
Filo Rixinorq; Alcinouq; sati.*

Rixinorq; Aretem genuit, latere parentes.

Ex Arete Alcinous Laodamanta serit.

Clyoniū, atq; Halion, & madidū qua exceptit Ulysses

*Nausicaam, & patrios vexit ad usq; lares,
E. nymphā Peliam Tyro Neptunus, & altam*

Nelea qui struxit, protulit inde, Pylon.

Patricidarum, dubia genitrice sororum

Et tuus est Pelias dictus Acaste pater.

Tum duodenā senex Chlori de coniuge Neleus,

Carmine Maenio pignora clara dedit.

Quatuor

Quatuor at nobis patuerunt nomina tantum,
 Surripuit fama cetera tempus edax.
 Inde Periclymenus, Chromius, venit inde Biantis,
 Hac Pero est coniunx, hic quoq; Nestor adest.
 Nestoris Antilochus, Pisistratus, Anthos, Ecbephron,
 Et Stratius, Persens, cum Ibrasymede, viros.
 Fœmina sola fuit Polycastis nomine dicta:
 Quos omnes coniunx parturit Eurydice.
 Innotum Saturne genus, sed in ordine primum.
 Si modo Nasonis carmina pondus habent,
 Laetucis Heben fertur peperisse comesis,
 E' tactu floris belligerumq; deum:
 Iurata quem Flora dea se posse tacere
 Nascentem in campis prodidit Olenis.
 Sunt quoq; percussa Martem qui dicere vulna
 Exortum pergent maxima Iuno tibi.
 Marce deo belli prodit ter quina propago,
 Et varijs factus pastus ab uberibus.
 Aliger ex Venere est suscepitus matre Cupido,
 Psycha Voluptatem proculit aligero.
 Hermionem Martiq; Venus pulcherrima nixa est,
 Quod grane Vulcani corda tulere viri.
 Hinc fuit Hermione Cadmo cum contigit uxor,
 Infandum claudi nocta monile dei.
 Astyocha Ascalaphus tibi Mars, & Ialmenus orti.
 Actoris Arida hec filia clara fuit.

Ex Thebe Euadne est, Asapi coniuge, nata.

In aliis in medijs concomitata virum.

Zesys ex Hebe tua, sed Remus Ilia proles,

Romanique caput Romulus imperij.

Bistonioe è nympho Mars est quoq; Tereanactus;

Cui purit & Progne, deinde propinat, Iymno.

Quae sequitur dubijs è ventribus orta propago,

Belligero pariter dicitur esse deo

Britona Minoem, quæ se, non passa furentem,

In mare fernata virginitate, dedit.

Cuius ab aquore a subducto retibus unda

Corpore, Dictyne condita templadea.

Tum iaculi inuentor quod Plinius asserit: unde

Creditur Etolus nomina ferre solum.

Occiditq; animal qui primus Hyperius, & qui

Helidis & Pisarex fuit Oenomaus.

Oenomaus, genita est Pelopi quo iuncta parente

Vitta olim rapidis Hippodamia rotis,

Ex Merope, aut Sterope Atlantis, Paris bona gignit

Mars Deus. at foetus quatuor ille creat.

Thestion nympha genitum Calydonide, matrem

Sustulit Attheam qui Meleagre tibi:

Quasq; dedit letho fratres Meleagri ensis

(Temporis ut presci nuncia fama refert)

Fusignem Plexipponequis, & Toxion arch:

Quorum opera Etolus funera sensit aper.

Cuius

Cuius ob erectum quod virgo Atalanta gerebat
Sorte caput, inuenes occubuere duo.

Agrius, atq; Melas, & rex Calydonius Oeneus:
Casera Parthaon stirps tibi nata fuit.

Et pater Althea, fratrūq; puerpera nulla,
Aut modò quam dictos tris genuisse feram:

Altheaq; Oeneus Meleagrum, & Tydea sumpsit,
Praelia miscendis fulmina bina dei.

Atlanta Meleagre feris tibi Parthenopeum,
Tydea Deiphile dat Diomedē patrem.

Sunt tua de incertis proles genitricibus Oeneus,
Alcida coniunx Deianira feri.

Quem dedit & letho Menalippum dextera Tydei,
Cauta parum: & Gorge, non renuenda soror.

Marte satus Phlegyas superum contemptor, & altis
Subdere qui posuit Delphica templa focis.

Quem deus Arcitenens calamis prostrauit acutis,
Inde animam Stygios trusit ad usq; lacus,

Atq; sub ingenti religatam sistere saxo,
Pendet ubi assidue vastar uina dedit.

Causa mali princeps, Phœbo vittata Coronis,
Exitit, hinc Phlegyam percutit ira patrem.

Ortus & Ixion Phlegya, non ille parente
Sanctior, & pœna non leniore cadit.

Hoc patre Pirithous, Dis is quem regna petentem,
Cerberus agida vix superante, necat.

Sed tulerat fortem bello prius in Polypaten,

Illiis hunc coniunx Hippodamia parit.

At miser Ixion cœlo pietate recepius,

.Conscius arcans cum Ione factus erat.

Dumq; chorus sternit molles, dum catena tractat,

Junonem est ausus sollicitare deam.

Suppositaq; ferox genuit de nube virorum

Corpora, Centauros, quadrupedumq; truces.

Nomina sunt, Amycus, Rhætus, Gynaeus, Oedus,

Eurytus, Orneus, Mermenus, atq; Medon,

Pisenor, Lycidas, Thaumas Pholus, Astylus, Hyleus,

Nesus, Abas, Menaleus, Monocus, Antimachus,

Eurynomus, Terens, Dorylas, Danis, Iphioniusq;

Teleboas, & cum Demoleunte Chromis,

Dictys, Helops, Pharcus, Caneus, Petreus, Aphidas,

Nesau, Thonius, Pyramus, & Scipheus,

Nedimus, Riphens, Pelegraeus, & ipse Bianor

Hippasus, Hilonome, Cyllarus, inde Lycus,

Phaocomes, Imbreus, Canens, Arans, Odres,

Junetus Eriduporusq; Pyrete venis:

Mox Helimus subit, & Latreus, Bromus, atq; Lyce-

Quaq; duplex retinet catena turbagenuis. (pex

Famq; audax nimium Ixion Junonis adulter,

Sedibus aetherijs à Ione pulsuerat.

Venerat in terras, & se iactare potuit.

Junonis sancto cœperat ille choro.

Iuppia

Juppiter exarsit: temeraria verba loquentis

Fulmine ab atberio perculit ora polo.

Subjimos pepulit manes, & tartaria nigra,

Versariq; dedit noxia membra rota.

DE ORVM GENEALOGIA

APYLADÆ VERSIBVS CONS

CLVSAE, LIBRA. IIII.

Tertius eximium nobis parat ecce laborem.

Saturno genitus Juppiter, ortus Opt.

Edidit hic Musas, vatum pianumina, doctas:

Mnemosyne dicta est quas peperisse nouem.

Per totidem noctes socium que passa Tonantem,

Vertice Pierio fætibus aucta redit.

Calliope Graco primam sermone poëta,

Quod bona vox illi feriur adesse, vocant.

Quod celebret deæ gestæ canit per carmina, Clio,

Surgit & ex illa gloria, nomen habet.

Hanc inuentricem historia monumenta tulerunt,

Qua nota antiqui temporis acta forent.

Dicta fuit dulces Erato quia cantet amores:

Nam quod eran dicit Graius, amore sonat.

Filius inuentum connubia prima fuisse,

Reculit ad nostros nuncia fama dies.

Ad quia multipli cantu viret usq₃, Thalia,

Inq₃, dies florat Palladis auctus amor.

Hac una arboribus fretos aurore serendis,

Rumor aut primos edidicisse patres.

Melpomene à cantu stetit appellatio. verum

Terpsichore, celeres quod inuenit ipsa choros.

Euterpeq₃ vocant, quoniam delectet, & esse

Omnibus affuerit grata canore suo.

Huic primum dulcem modulata est tibia cantum,

Siratus à prisca sermo refertur auis.

Iudibus à multis, memoriū Polymnia mente,

Arvorum cultus, notitiamq₃ dedit.

A cælo Vrante, cœlestes promere cantus

Fertur, & astrorum predocuisse vias.

Has simul à cantu Latium dixisse camœnas.

Argium Musas, dogmata, certa fides.

Sen quod nos doceant: nam fert idioma Pelasgum,

Nostra quod affuerit lingua docere uerav.

Sine quod Aquirant, hanamq₃ fuisse putantur

Artibus autores omnibus, atq₃ duces.

Quod cumabis Helicon Bozotia mons dedit ortum,

Inde Heliconiadum nomina sepe tenent.

Non procul assurgit quoniam Parnassia rupes

Phocidis, haud impar vertice, vel niuibus.

Quam simul habitasse ferunt, Parnassidas inde

Carminibus crebris turba diserta vocato.

Quod

Quod Thracum Aonia est regio, contermina sera

Phocidos, Aonidas hinc vocitare solent.

Quodj Cyheronem saltum coluisse feruntur,

Appellant vatum metra Cytheridas.

Pieridas Macedum regia celebrata vocari

Tradidit antiquo nomine Pleria.

Emathiam dixerent noui. sed Pieris illi

Pierie dederat nomina sylva prius.

Sunt qui Pieridum cantantibus agmine victo,

A' solidem Musis nomina sumpta velint.

Thespa Phocea sedet urbs Helicone propinquo

Littore, qua genitam Thessida in urbe volunt.

Exitit una nouem Musarum Thesspis alumna.

Unde illas soliti dicere Thesspiadas.

Fons unus est Helicon nitidis purissimus undis,

Pegasus impacto quem pede pressu equus.

Hunc Hippocrenem Dores, Romanaq, fontem

Lingua Caballinum, Pegaseumq, cultit.

Pegasidas referunt, arg, Hippocrenidas ergo,

Fonte sub hoc Musas quas habitare canunt.

Liberthus Macedon latis fons ortus in oris,

Magnetum populi qua regione sedens:

Libethra hinc iuxta est antrum, Libethrides inde

Nomen habent, locus his quum sit uterq, sacer-

Timpleo de forse alio vicine iacente

Sub Macedum campus, quos patet esse vagos.

Monte vel Orchomenum, Pimpleidas apellarunt;

Quod patet hos illas incoluisse locos.

Nec mihi Castalius fons, in radicibus imis

Parnassi montis praecereundus erit:

Castalia qui nomen habet de nomine nymphae,

Quo sacramusarum ludere sueta cohors:

Castalidas tales memorant à fonte poëta,

Quarum perpetuo verba fauore serunt.

Mnemosyne extremum tribuit cognomen, at illud

Syllaba non patitur versibus esse meis.

Id patronomicis non multum creditur impar,

Quid faciam? mater prodere sollicitat.

Daveniam lettor, vult Mnemosynidas illa

Dicere, sic nomen tollere ad astra suum.

Ab Ione rex olim Messenius ortus Achæus,

Unde sum populus nomen Achæus habet:

Menagj prolatis in mensam dicta praesse

Floribus, & Phrygia Xanthus ab urbe cadens.

Mater abest, Ioni nata Venus, pulchraj, Dione,

Vulcani coniuncte tertia dicta Venus.

Ex Venere est generalis Amor. Corymbo tonanti

Myrmidonem fertur nymphatulisse deo.

Leda Clytamenestrin, hac fuit Agamemnonis uxoris:

Leda Helenam, nupsit qua Menelae tibi:

Quā Phrygius postquā rapuit Lacedamone pastor,

In Troiam bello Gracia tota ruit;

Iuppi-

Juppiter ex Leda Pollucem & Castora, fratres
 Gignit, equo hic, pugnis inclitus ille fuit.
 Nata Iouiè Cerera est coniunx Proserpina Ditis,
 E' Luna exortum te Dionys putant.
 E' Ioue sed nympha Garamancide, prodit Iarbas,
 Getulum tenuit qui ditione solum.
 Nymphæ Ioui geminos peperitq; Thalia Paliscos,
 Hiscentem referunt nomina rursum humum.
 Europam nivio mutatus corpora tauro,
 Transtulit ad Creta littora nota pater.
 Hunc satus es Lycia rex iam Rhadamante future,
 Cuius & inferno iura sub orbe patent.
 Prodit hinc Minos, qui post Creteria regna,
 Cum fratre in Stygio indicat alta foro.
 Minoi Androgeum, Phedram simul, atq; Ariadnam,
 Pasiphae coniunx, edita Sole, parit.
 Glaucum etiam Minos genuit, cum Deucalione,
 Natum Deucalion Idomeneā tulit.
 Orsilochum Idomeneus, Ithaci quem perdidit ensis,
 Hic, omnes tacitis exilere thoris.
 Aurea luciferum nixa est Aurora Tonanti,
 Ceycem Alcyones edidit ille virum.
 Edidit accipitrem factum quoq; Dedaliona,
 Dittaq; Trachinna est nymphæ utriusq; parens.
 Dedalion sed te latuitq; puerpera, gignit
 Peonijs coniunx credita Lichione.

Qua cithara insignis tibi natus Apollo Philemon,

Furq; tibi est Hermes nobilis Autolus.

Tu quoq; fidere i non ultima gloria cœli,

Diceris Orion semen habere Iouis:

Si modo danda fides Nasonis versibus ultra est,

Immitum corio dum bouis esse refert.

Quod licet ediderint facines tria numina summum.

Fama patris dignum fecit honore Iouem.

Nepiuno Ascrem quanquam Minoida vates

Credidit Euryalem hunc peperisse deo.

Sunt quoq; Trinacrio qui dicant Oenopione

Progenitum, vel quem miserit alma Chios:

Illi⁹ & natam Meropen, vel nomine dictam

Candiopen femori supposuisse suo.

Ex illa Hippolagum genuisse, sed ille Dryantem:

Iste rex Thracum docte Lycurge iulit.

Protulit Augeum rex Harpalicemq; Lycurgus,

Qua patrem e medijs abstulit onse Geris.

Et te quanumia correpta cupidine Phyllis,

Ad redditum lento Demophonte cadis.

Horum nullo datur genitrix, sed & Aona celsus

Juppiter e Nympha Mnōside progenuit.

Aone dixerunt ignota matre Dymantem,

Ignotaq; duos esse Dymante fratres.

Hinc Afium, ibi qui non vanus annulus Hector,

Aliq; Hecuba, ex alio, sed patre frater erat.

Hinc

Hinc ea, qua sumptis nondum processerat alii
Æsatius in mergum versus, Alixithoe,

E' Ione Sarpedon, peperit quam Laodamia,
At nothus ex illo prodijt Antiphates.

De Ione Pilumnus, qui stercora ferre per agros,
Et docuit populos pinsere grana rudes.

Huic Daunum Acrisij Danae compressa tulisse
Creditur. à Dauno, Daunius oris ager.

Ex Dauno Turnum formosa Venilia gignit,
Inturnam Daunus matre latente serit.

Filius aetherij Ionis est Acrisius, huius
Laertes, dubio partus uterq; thoro.

Laerti coniunx Anticlia fudit Ulyssem,
Et natam pulchris vultibus Echimenem,
Sunt quibus Autolia est Anticlia dicta, patremq;
Qui Laertiade Sisyphon esse putent.

7s latro notus eras, seruans angusta viarum,
Et saxo impediens prætereuntis iter.

Letaq; quum pateret nouanupta oracula dixim,
Uim tulit, & seu a traxit in antra manu.

Inde grauis peperisse viro narratur Ulyssem,
Quem Laertiaden Sisyphiumq; vocant.

Penelope est illi fatus Icareodite, nulla
Cui par visa fide est, coniuge, Telemachus.

Telegonus Circe. patrios qui noscere vulnus
Dum cupit, incanus perdidit ipse patrem.

Ausa

Ausonius tacito ex utero quoq; natus Ulyssi

Fertur, ab hoc fluxit nomen in Ausoniā.

Mercuriumq; Tonans eduxit Atlante de Maia

Portans gemini nuncia fida poli.

Myrtilus Oenomaī curris auriga parentem

Hunc vocat, at genitrix non satis illa patet,

Huic parit Endorum soboles Polymela Philantis,

Huic Lara dat geminos, sive Larunda, Lares,

Esse Lares, Geniosq; volunt, dala numina bina

Omnibus: & vite, funeris arg; duces.

Sunt quoq; Penelopen qui vix bene credita verba,

Mercurio natum Pana inisse velint:

Non quem Pana deum venerantur in Arcade terra,

Sed quem de cunctis sustulit illa procis.

Mercurio Euandrum peperit Nicostrata regem

Archadie, Euandro stirps geminata fuit,

Hinc genitrix orca est Pallantia grata Latine,

Unde Palatinus nomina sumpsit apex.

Hinc ferus à Turno confusus vulnera Pallas,

Et quibus exiret viscera nenter habet.

Persea rex superum gennit Saturnius, auro

Quem pluvio Danae protrulit Acrisij.

Is Persen prima est à quo monstrata sagitta:

Censuit ut quondam Plinius ore grauit;

Maier in obscuro est, quos vero exinde creauit,

Edidit hos illi quatuor Andromeda.

Quatuor

Quatuor è numero surgit mihi primus Erythreus,

Unde putant rubronomina facta amari.

Consequitur Sthelenus, cui durum Eurysthea con-

Sit licet ignoti nominis illa, parit. (inx,

Tertius accidit Bachemon: filius illi

Ortus Achamenides, Orchamus inde fuit.

Non torus illuxit: sed te vocat Orchame patrem

Leucothoe, tibi quam sustulit Eurynome.

Gorgophonem prodit quarto sed in ordine Persus,

Pignora quo vates bina recepta ferunt.

Hinc Electryonem, quo sis Alcmena profecta

Herculis aethereo de Ione facta parens.

Alceum hinc, qui te Amphitryo produxerit. atqui

Omnibus his ventres, qui peperere, latent.

Sunt tamen Alcmena qui peruenisse parentem

Eurydiken Pelopis, Lysidicenue putent.

Alcmena Amphitryo de uxore Iphiclia gignit,

Huic puer obscura matre Iolans adest.

Eacon Egina est magno connixa Tenanti

Qui primi Oenopiam de genitrice vocat,

Et seclera in Stygio cum fratribus excusit orbe.

Phocus ab hoc, Peleus, cum Telamone sati.

Mater abest. duplex Telamona est orta prefago,

Diuerso quanquam venerit illa thoro.

Hesiona Teucer nam Laomedontide cresu,

At Iacena dubia progeniere fore.

At Pe-

At Pelens tacita Polydorim sustulit alio,
Insignem bello Minet bea qua peperit.

E Thetide eximum atq; iniuncta mentis Achillem,
Scyria cui Pyrrhum Deidamia parit.

Andromache est, aut Hermione Peripelea Pyrrho
Foeta. Melosus at est orsus ab Andromacha.

Huno genuisse ferunt Polydectam, nullaq; certa est
Mater: & ignotum, vir, mulier ne fuit.

Vulcanum regina Ioui tulit inclita Juno:

Quem Lemni, fabrum, Mulciberemq; vocant.

Huic Prænestine fundator Cæcilius urbis
Filius, ambiguo contigit è thalamo.

Cacus & Herculeis oppressus viribus olim,
In sua dum tractas diripit antrabous.

Dum tua Vulcanus cupido petit ora Minerua,
Oscula dum pugnas, vimq; pudica fugis:

Natus Erichthonius sparsò de semine terre
Dicitur, hoc Cephalì Procris amica sui.

Hoc Boreæ coniunx, matrum decus, Orithyia,
Et rex Pandion Atticus existit.

Esse duas perhibent genitas Pandone Progenes,

Quæ Thracum regis Tereos uxor erat:

Et quæ truncata fuit lingua Philomela, scelesti
Ne facinus posset Tereos ore loqui.

Nulla tamen genitrix, positis tot in ordine natu,
Emicuit, cuius nomina fama geratur.

Tullius

Tullius inde tibi Vulcane est Servius ortus,
 Cressia cui mater Corniculana fuit.
 Contigit huic duplex, vario sed pectore nata:
 Hac maior fuit, hec Tullia dicta minor.
 Venter abest. Aruntis erat prior, altera Lucis
 Uxor: Tarquinius quos pater ediderat.
 Dissimilis natura fuit: pius ille, ferocem
 Hic animum gessit: dissimilisq; torus.
 Fato animos iunxere. perit minor, & perit Aruns,
 Lucius & maior conueniuntq; duo.
 Quid moror? impulso iam sumpta coniugis, ille
 Regalem ascendit, corripuitq; gradum.
 Dumq; sacer prodit solium capturus, ab illo
 Pellitur, & multo vulnere plangit humum.
 Audierat coniunx, regem visuram maritum
 Prosternit, rapitis in foro vecta rotis,
 Dum redit, auriga est viso genitore perempto
 Territus, & frenis iam retinebat equos.
 Nata verat, patriosq; sube proculcer ut artus
 Curribus, & scindat verbere quadrupedes,
 Filia dura quidem, atq; omni damnabilis aeo.
 Cumq; viro & natis funere digna graui.
 Hippo & Sergesta Ioui te filia Trois,
 Ecole non ficto mixa putatur aeo.
 Non minus Hippoades igitur, quam frater Acestes,
 Dicris, has natos vos salte una duos.

Multr

Multo, sed ignotis proles tibi maribus orta:

Primaq; Ceycis creditur Alcyone.

Tum Canace, Macareus: verito quos iunxit amore

Qua solet ignotos surgere sape Venus.

Misenusq; iacens tribuit qui nomina monti

Baiaram, præstans ære ciere viros.

Nec non Salmoneus, sonitrum qui imitatus Olympi,

Fulmine sub Stygias est renolutus aquas.

Hoc Tyro genita est, Neptuno fœta gemellos,

Critheaq; Eoliden postmodo nacta virum.

Te Cephalus, Procris coniux, vocat Eole patrem,

Hesperus Aurora est cui pariente fatus.

Te vocat Iphiclus, cui pota venena Podarcem.

Serpentis natum contribuisse volunt.

Rex Athamas vocat, Inoe cui fœta Learckum:

Ellisi saxo quem pater inde furens.

Et qui Portumnus, Melicerta est, sine Palamon

Dittus, & Inous de pariente deus.

Prima tamen coniux Athamani prodidit Hellen-

Neiphile; Helles unde nomina pontus habet.

Et simul aurato vectum super aquora Phryxum

Ariete, quum nondum lapsa natasset aquis.

E' Phryxo, ignota fluxitq; Cytorus ab alio,

Paphlagonum de quo terra vocata fuit.

Eolus est Ephyra tibi rex & conditor altae,

Sisyphe, ab antiquis creditus, esse pater:

Quem

Quem fama lonij est grecij, in littoris ora

Abruptum est olim corripuisse iugum.

Perdere consuetum saxo de monte renulso,

Fors quibus illerum sua dedisset iter.

Vnde Acheronte sinus, praegrandis pondere saxum

Voluis, & clapsum rursus ad ima petis:

Nupti tibi Merope est Peligni carmine vatis:

Qua Glaucum & magnum deinde Creonta seris.

Hunc regem accipimus defuncto patre Corinhi

Natam unam, obscuro sed genuisse toro.

Nata Creusa fuit. sponsam banc non duxit Jason,

Cum patre quod rapta est Colchidis arte focus.

Bellerophon Glaucō est ignoto venire creatus,

Achimene huic coniux pignora terna dedit:

Hyndrum, Hippolochū, pulchram quoq; Laodamiā,

Quae c Sarpedon de Jone nixa fuit.

Hippolochō est alter Glaucus, sed ab ubere celo

Partus, & hic Phrygus mœnibus auxit opem,

Crithea ventorum genuit rex Eolus: illi

E^t Tyronatos quattuor esse putant:

Esona, Medea redit cui fortior etas

Arribus: hinc Pheritu, Alcimedonj, subit.

Hinc Amybaon adest, fratres Polymela & Jason

Esoni sunt orti: nec tamen unde, patet.

Hypsipyle Euneumj, Thoantaq; gignit Jason,

Aurato felix vellere nomen habens.

Gignit & obscuro Philomelum corpore, Plutūnus
filie, sed hic nato fit Pareante pater.

Hinc Paron appellant, quas fit Minioia primum
dicta, quod bac sedem fixerit ille suam.

Fudit Epitropium Alcimedon. Amythaone crevi
Sunt duo: & inde Bias, inde Melampus adest.
Nec quibus è thalamis, patuit. fueratq; Melampus
Herbarumq; potens, augurioq; sacer.

Theodamasq; illo satus est, non segnior augur,
Suffet us titulis Amphiarac tuis.

Mantyon, Antiphateq; Bias de coniuge Pero
Extulit, at geminos Mantyon ipse crebat:
Formosum Clytonem, Aurora est qui raptus ab almat
Et vatem, nomen cui Polyphidus erat.

Ille Theoclimene est factus pater augure docto:
Nec tribus his data sunt ubera certa satis.

Antiphate est, & mater abest generatus Oicenus:
Haustus ab hoc satus est Amphiarus humo.

Cinatum Amphitochum peperit coniunx Eriphiles
Quiq; illam Alcmaeon perdere sustinuit.

De genitore etiam prodit Basillus codem,
Hoc triplex dubys nixibus inde puer.

Tyburnus simul, atq; Corax, Catyllus & alter,
Maenia sunt quorum Tyburis aucta manus.

D E O R V M G E N E A^z
 LOGIAS A PYLADE
 Versibus conclusæ,
 Liber Quintus.

T Antalus è Ploie est nympha tibi Iuppiter ortas
 Quem natum fama est apposuisse deis.
 Ille quidem superum fertur communia fuisse,
 Arcanus summi nec caruisse patris.
Qua quoniam est ausus mortalia ferre sub ora,
 Pectora sunt multo pressa dolore Iouis.
 Protinus ad Stygios pulsus fuit ille recessus,
 Pomaq; & inter aquas esurit atq; sitit.
 Taygela huic Nioben peperit, quam prole superbam,
 Teq; viro Amphion, diriguisse canunt,
 Edidit & Pelopem, ergo qui insignis eburno
 Fulsit, ubi infernis est reuocatus aquis.
Quatuor inde Pelops fætus tulit Hippodamia,
 Quam victam celeri duxerat ille rota:
 Lysidicem matrem Alemene, dirumq; Thyesten,
 Atreumq; serum, Plisbeniumq; simul.
 Polluit Atrei thalamos scelerata libido
 Fratri, & Harpagigen Plisbeniumq; tulit.
 Tantalus accessit thalamo sublatu eodem,
 Sed prior & Pelepe nata Thyeste fuit.

Cui pater impurus sese commisus, inde

Sanctior Agistus non genitore fatus.

At miser Atreus natorum epulanda Thyeste

Membra, tori obiccit fraude recepta sui.

Quem mox Agistus ferro confecit, & illi

Ereptum parit reddidit imperium.

Filius Atreo Euiolus fuit atq; Melampus,

Tertius Alceon, mater & omnis abest.

Plisthenio geniti Menelaus, & ipse Agamemnon:

Quos Merope exortus matre fuisse volunt.

Hos pater Atreo fratri, quum cessit in auras,

Tradidit: inq; suam retulit ille fidem.

Atridas hinc fama vocat, quos exulit Atreus.

Ut genitor primis fidus ab unguiculis.

Ex Helena Hermionem genuit Menelaus, Oresti

Pallam, nec Pyrrho surripiente datam.

Quo tamen occiso, rursum hanc sibi duxit Orestes,

Ut nos antiqui temporis acta monent.

Te Menelae patrem fortis vocat & Megapenthes,

Quem tibi futura Lydia jerna dedit.

Rege Mycenarum fluxere Agamemnone foetus,

Matre Clytemnestra, quos memorasse libet.

Laodice, Electra, Iphianassa, aut Iphigenia,

Pulchraq; Chrysobemis: sed nec Alesus abest.

Altera consequitur mox Iphianasse, & Orestes

Filius: busus habet semina Tisameni.

Huius

Huius item, pater genitrix & nulla, Corinthus:

Quod illa est Ephrye terra vocata prius.

Alicet ab hoc patris de nomine fertur Orestes

Editus, hinc populos exiliisse volunt.

Fama Iouem magno patrem tulit Hercule factum,

Quum latus Alcmenē subdidit ille suo:

Et tribus edixit fieri de noctibus unam,

Ut posset voto commodiore frui.

Seminis Herculei Lydus, Lamyrusq; fuerunt,

Euryber rex sole quos thanata dedit.

E Lydo Lanius processerat & abdita mater.

Herculis & stirpem tu Diodore tenes.

Tegj, Sophon prodit: genitrix est neutra reperitur.

Hercule terquinum nascitur inde genu.

Deicoon Megara, Teriomachusq; parente,

Et Creontiades: quos pater ipse necat.

Ille etiam Oxeam genuit: cum matre peremit

Hunc quoq; dum Stygio vittor ab orbe redit.

Ex Papbia (sivera canum) suscepitus Ichoneus,

Flus & ex alio Deianira tuo.

Tlepolemū nixa Astyocha est, Sardumq; Cromingq;

Arg Agilem, & Cyrnum, cognita nulla tulit.

Telephus ex Auge est, lactatus ab ubere cerna:

Et pater Eurypylo, tum Cyparisse ubi.

A Pyrrho Eurypylus casus fuit: iste dolore

Languit, arboreo stipite membra regens.

Thessalus Alcida, Phidippus & Antiphus illo

Exorti, certum non habuere torum.

Fertur Aventinus diu quoq; ab Hercule natus,

Matre Rhea, ut vates Andicus ore sonat.

Inde Scythes, Scythica est regio quo dicta Geronum.

